

**Zeitschrift:** Zeitschrift für schweizerisches Recht = Revue de droit suisse = Rivista di diritto svizzero = Revista da dretg svizzer : Halbband II. Referate und Mitteilungen des SJV

**Herausgeber:** Schweizerischer Juristenverein

**Band:** 26 (1907)

**Rubrik:** Rechtsquellen des Kantons Tessin [fortsetzung]

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 23.01.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

# Rechtsquellen des Kantons Tessin.

(Fortsetzung.)

---

## Die Statuten der Talschaft und Vogtei Blenio

herausgegeben

von

ANDREAS HEUSLER.

---

Schon im 11. Bande neuer Folge (Bd 33) der Zeitschrift für schweizerisches Recht, S. 231 (in dem Separatabdruck der Rechtsquellen des Kantons Tessin Heft 1 S. 55) habe ich mitgeteilt, was mir über Abfassung der Statuten von Blenio und deren Handschriften bekannt geworden ist. Die hier publizierten Statuten bezeichnen sich als eine unmittelbar nach der Eroberung des Tales (im Jahre 1500) durch die drei Orte Uri, Schwyz und Nidwalden, deren Vogtei es bis 1798 war, gegebene Konfirmation schon bestehender Statuten. Ich bin nicht im Falle, Näheres darüber und über das Verhältnis zu den älteren Statuten, die nicht mehr aufzufinden sind, beifügen zu können. Der Abdruck erfolgt auf Grund der Pergamenthandschrift des Gerichtsarchives zu Lottigna, mit Berücksichtigung der im Staatsarchive zu Stans befindlichen Abschrift derselben.





## Statuta vallis Belegnii.

### Rubrica.

- I. Prooemium.
- II. Quod Comunitas totius Blegnii quotannis Dominis Vranie, Schuitie et Subsylvanis iurare debeat, et Vicario.
- III. Qualiter Prefectus vallis Blegnii iurare debeat Comuni.
- IV. Quomodo Domini de Vrania, Suitia et Subsylvania sup̄er sylvam valli Blegnii quotannis Vicarium eligere debeant.
- V. Quod nemo iurare debeat Domini nostri passionem et Virginis Marie sudore.
- VI. Quelibet persona quotidie in Domini nostri passionem quinque Paternoster et quinque Ave Maria orare debeat.
- VII. Quomodo IX viri ad Consilium quotannis eligantur.
- VIII. Quod notarius et servitor eligendi sunt.
- IX. Quod aliquis appellare possit et quomodo.
- X. De legitima citatione tam in civilibus quam in criminalibus.
- XI. Quod si citatus non comparuerit.
- XII. Quod nemo alterum ad iudicium alienum citare debeat.
- XIII. De iudicio hospiti a Vicario tenendo.
- XIV. De pace danda et tenenda.
- XV. sine rubrica.
- XVI. sine rubrica.
- XVII. sine rubrica.
- XVIII. De pena pro pacis fractione danda.
- XIX. sine rubrica.
- XX. sine rubrica.
- XXI. Cum discordie conciliate fuerint.
- XXII. sine rubrica.
- XXIII. Qui pro pacis fractione accusatus fuerit.
- XXIV. Si quis inimicitie causa pro pacis fractione difamatus fuerit.
- XXV. Qui alterum post pacem mentiri dixerit.
- XXVI. De verbis opprobriosis.
- XXVII. Quando una persona alteram vulneraret.
- XXVIII. Qui in ira euaginare.
- XXIX. Qui alteri impetum faceret.

## Statuten des Tales Bollentz.

### Inhalt.

1. Vorwort.
2. Wie die ganz Gemeind in Bollentz schweren sol alle jar den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden und dem Vogt.
3. Wie ein Vogt des Thals Bollentz alle jar schweren sol der Gemeind.
4. Wie die Herren von Vry Schwytz und Vnderwalden nid dem wald erwellen sönd alle jar einen Vogt dem Thal Bollentz.
5. Das nieman schweren sol by unsers Herren liden noch by der Jungfrouwen Marie.
6. Wie ein yedtlicher altag V Paternoster und V Ave Maria beten sol in das liden unseres Herren Jesu Cristi.
7. Wie man nün man zum Rath erwellen sol alle jar, die dan des Raths sollent sin.
8. Wie man ein Schriber und Weibel setzen sol.
9. Wie man appellieren mag von gericht für rath, von rath für die dry Ort.
10. Wie der weibel einem verkündet.
11. Wen einer pott des weibels übersicht.
12. Das nieman den andern uf frömd gericht laden sol.
13. Das ein Vogt oder sin Stathalter einem gast gericht halten sol.
14. Wie man frid geben und halten soll.
- 15.
- 16.
- 17.
18. Von der buos des frid brechen.
- 19.
- 20.
21. Wen stös verricht sind.
- 22.
23. Wer um fridbruch wird angesprochen.
24. Ob einer von findschaft wegen um fridbruch wurd angesprochen.
25. Wer nach dem frid den andern heist lügen.
26. Von scheltworten.
27. Wen ein person die andere wundet.
28. Wer im zorn zuckt.
29. Wer dem andern überfal thette in dem sinen.

- XXX. De non portando arma in populorum congregationibus.
- XXXI. De pena incipientis bella in nundinis.
- XXXII. Quod vna pars alteri non faciat potestatem.
- XXXIII. De discordiis aquarum ductuum.
- XXXIV. Nemo pro debitis incarceretur.
- XXXV. De pena percutientium aliquam personam ad sanguinis effusionem et sine sanguinis effusione.
- XXXVI. sine rubrica.
- XXXVII. Quod nemo punietur patibulo sine Consilio.
- XXXVIII. De pena facientium homicidium.
- XXXIX. De possessione tenta per annos quinque et diem vnam.
- XL. De possessione tenta pacifice per decem vel XX annos.
- XLI. Quis succedat alicui defuncto in ciuilibus, aliquibus filiis non relictis.
- XLII. De non accipiendo trabutum per Vicarium.
- XLIII. De non vendendo vinum ad minutum per Vicarium.
- XLIV. Quod dator emptori constitutionem faciat.
- XLV. Quod nemo maiores census quam de viginti den. vnum accipiat.
- XLVI. De non vendendo aliqua bona non sustinenti onera Communis Blegnii.
- XLVII. De pena appellantis notarium de aliqua carta falsa.
- XLVIII. De pena danda et banno soluendo capientibus venientes in districtu vallis in offensionem Communis seu Dominorum trium Cantonum.
- XLIX. De non dando auxilium exire volenti animo partis contrarie.
- L. De pena inuenti proditoris.
- LI. De pena ostendentis bona aduersariis.
- LII. Quod quelibet vicinancia consignet offendentes aliquem.
- LIII. Quod consules curent cum vicinis suis vbi sunt banniti per stremitam fiendam de campanis.
- LIV. De non dando auxilium forensi venienti ad offendendum aliquem.
- LV. De non dando auxilium bannito et exclamando post ipsos.
- LVI. De non portando monetam falsam consignandoque portantes.
- LVII. De ratione reddenda de habere et bonis Communis.
- LVIII. Qui compelli debeant ad soluendum taleas Communis.
- LIX. De mendanciis fiendis et soluendis in dicta valle.
- LX. De pena vendentium aliquam rem bis.
- LXI. Que carta valeat, et quid pro sigillo Vicarius accipere debeat.

30. Das nieman sol waffen oder harnasch tragen do die lüt by einandern sind.
31. Wer an jarmerkten krig anfacht.
32. Wen ein gnossami der andern gwalt anlegt.
33. Von stös wegen der wasserleitinen.
34. Das nieman sol um geldschulden gefangen werden.
35. Wen ein person die andern schlecht und blutrums macht.
- 36.
37. Das man nieman sol foltern an Rath.
38. Wie man todtschlag sol strafen.
39. Von rüewiger besitzung etlicher güter V jar 1 tag.
40. Von rüewiger besitzung etlicher gütern X oder XX jar.
41. Wem des gestorbnen on eekind gut gefalt.
42. Das kein Vogt sol nemen miet noch gaben.
43. Das ein Vogt nit sol wirt sin noch win verkoufen.
44. Das ein verkäufer sol dem köufer fürstand thun.
45. Das nieman sol me zins nemen dan von XX den. ein den.
46. Das nieman sol ligend gut verkoufen noch versetzen einem der nit helf tragen kosten.
47. Das nieman sol falsch brief angeben.
48. Ob etwar kem zu schedigen das thal Bollentz, der sol gevangen und dem Vogt geantwurt werden.
49. Das man kein hilf sol thun einem so da zum widertheil gieng.
50. Wer ein verräter funden wird.
51. Das nieman sol den vienden gut zeigen.
52. Das ein gebanneter so schaden thät sol angeben werden.
53. Das ein jeder Consul oder nachbur schuldig si zu stürmen, so er schaden beschechen sin hört.
54. Das nieman sol geben hilf einem usländischen der schaden thun welt in dem thal.
55. Das nieman sol geben hilf eim gebanten, besonder den fachen.
56. Das nieman sol falsch müntz tragen.
57. Wie der Vogt und ander Amptlüt sönd all jar der Gemeind rechnung geben.
58. Wer da sol thell und costen des Thals bezalen.
59. Wie man sol mendanz nemen.
60. Wer da güeter zwürend verkoufte.
61. Welche brief kraft söllen haben und was ein Vogt von einem sigel nemen sol.

- LXII. Quid notarius de litteris scribendis pro salario accipere debeat.
- LXIII. De talea soluenda.
- LXIV. Quod donatio debeat fieri coram Vicario.
- LXV. Venditio per tutorem facta non valeat nisi coram Vicario.
- LXVI. Quod filia contra patris voluntatem non debeat se nubi, et si femina patre priuata extra vallem nupta fuerit.
- LXVII. Quod pater non teneatur dare partem patrimonii sui filio suo.
- LXVIII. De successionibus peruentis in extraneam personam.
- LXIX. De non se inuestiendo de aliquibus proprietatibus ab extraneis nec ab eis accipiendo ad fictum aliqua bona.
- LXX. Quod presbyter non debeat intrare super aliquam proprietatem.
- LXXI. De nolentibus laboris mercedem soluere vel alia vt supra.
- LXXII. Quod fundus a possessore tractari debeat et haberi.
- LXXIII. Quelibet mercantia debeat duci per logieria.
- LXXIV. Concubina alicuius sacerdotis perdat dotem et bona sua.
- LXXV. Quando aliquis munus vel dotem exigere debeat.
- LXXVI. Quilibet forensis habens cartam obligationis debeat sequi ius suum infra annos decem.
- LXXVII. Quilibet debitum cum expensis exigere possit.
- LXXVIII. De non pascendo vaccas extra alpes tempore mensurandi lac et de non comedendo carnes in alpibus.
- LXXIX. Quod alpes saluari et cargari debeant.
- LXXX. De pena frangentis bogiam.
- LXXXI. Quando bogie aliene per vallem ducuntur.
- LXXXII. De non accipiendo vinum vel mustum ex vasis.
- LXXXIII. De non ponendo aquam vino vel vuis.
- LXXXIV. De non plantando arbores penes proprietatem alterius.
- LXXXV. De non conducendo bestias egras cum sanis.
- LXXXVI. Nullus Consul in sua vicinancia a libris quinque supra teneat ius.
- LXXXVII. De non ducendo aquas per stratas publicas.
- LXXXVIII. Si quis acciperet ferrum de pede equi alterius.
- LXXXIX. De non accipiendo ligna de calastra.
- XC. De non accipiendo ligna de rescana.
- XCI. Quod carcerati debeant se nutrire de suo proprio.
- XCII. Nullus processus criminalis impunitus remoretur.

62. Was ein schriber sol ze lon nemen von brief schriben.
63. Wie man tell oder stür bezalen sol.
64. Wie hingebung der güeter sol beschechen vor dem Vicario und gericht.
65. Wie brief von einem vogt über siner vogtkinder gut gemacht nutzen sollen.
66. Ob ein dochter wider irn vatter mannete, und ein frow, die nit vatter hat, us dem land mannete.
67. Ob ein vatter schuldig sy ze theilen mit sinem sun.
68. Von besitzung der güeter so vom land in erbwys fielend.
69. Das nieman sol um zins noch zu lechen empfachen güeter von einem frömbden noch also güeter einem frömbden um zins lassen oder versetzen.
70. Das kilchen oder priester sich sond benüegen an zinsen.
71. Wen einer schuldig wer libding und das nit geben oder usrichten welt.
72. Ob einer nit usrichte zins um erblechen in dry jaren oder davon etwas endfrömdet, hat er das verloren.
73. Wie man koufmansgut füeren sol.
74. Das kein eefrouw sol sin by einem priester.
75. Wen man gab und heimstür sol inzüehen.
76. Das ein frömdler sol sinen schuldbriefen nachgan in zechen jaren.
77. Ein jeder mag sin schuld mit dem costen inziechen.
78. Das kein hirt sol us der alp weiden, so man die milch misset, noch fleisch darin sol essen.
79. Wie man die alpen schirmen und laden sol.
80. Das nieman sol senten brechen noch vech darvon nemen.
81. Wer frömd senten durch das thal füert.
82. Nieman sol nemen win oder most us sim fass.
83. Wer wasser in win oder truben thett.
84. fehlt.
85. Das nieman sol krank vich by gesundem han.
86. Kein Konsul in siner nachpurschaft sol nit richten was über fünf pfund ist.
87. Nieman sol wasser leiten durch gemein strassen.
88. Wer einem andern sim ross die isen abbrech.
89. Nieman sol dem andern sin holz ab den histen nemen.
90. Wer einem holz ab eim hufen nem.
91. Das einer person gefangen der Vogt lass essen und trinken gen.
92. Das kein straf und sach sol veriaren.

- XCIII. De non procedendo de non specificatis in statutis.  
XCIV. Omne testamentum coram iudicio fieri debeat.  
XCV. Quod nullus non legitime natus possit sequi hereditatem.  
XCVI. Quod aliquis suos pueros non legitimos heredes facere possit vel ipsis aliquid decenter ordinare.  
XCVII. Quod puer non legitime natus matris hereditatem sequi possit.  
XCVIII. Quod aliquis filios non legitime natos cum filiabus legitimis heredes facere potest vel possit.  
XCIX. Quod quilibet suos pueros tam legitimos quam non legitimos educare teneatur et suo ex bono educentur etc.  
C. Si quis obiret non aliquibus pueris relictis, quibus res sue relicte succedant.  
CI. Si quis notario falso scripsisse dixerit.  
CII. De pena frangentis gradus, aquarum ductus molendini, le stampe etc.  
CIII. Quod limites siue termini non deponantur.  
CIV. De mercede molitori soluenda.  
CV. De edificatione comuni aptanda ratificanda.  
CVI. De non faciendo mercata dominica die.  
CVII. Quando pro discordiis ad sequestres venitur.  
CVIII. De denuntiationibus fiendis pro exigendo bona paterna.  
  
CIX. Quod quidquid factum fuerit per Oratores, Vicarium et Credentiam vallis valeat saluo in donando de habere.  
  
CX. Quod quilibet suos debitores pignerare possit.  
CXI. Si quis discederet extra vallem in alienam terram et bona in valle haberet, ibi ad banchum iuris citari possit.  
CXII. Quod quilibet valleranus cum seruitore possit contestare bona forensis.  
CXIII. Quod forensis non audiatur in causis nisi prius fideiussionem vallerano dederit.  
CXIV. Quod processus extra vallem factus in valle non valeat.  
CXV. Quod non cedatur ius non subditis iurisdictioni vallis.  
CXVI. De satisfactione prestanda per illum qui protestatus fuerit se possidere.  
CXVII. De solutione prestanda per debitorem fugitium.  
CXVIII. Quod non recipiatur testis qui de debito tenetur.  
  
CXIX. Qui recipit nominationem non possit alium nominare.  
CXX. De cessione fienda fideiussori soluenti per creditorem.



93. Wen ein sach keme, davon kein Statuten hie wern.
94. Alle testament sünd vor gericht gemacht werden.
95. Das kein uneelicher moge erben usgenommen etc.
96. Das einer sin uneelich kind mag zu erben machen oder inen sunst etwas machen zimlich.
97. Das ein jetlich unelich kind mag sin mutter erben.
  
98. Das einer mög unelich sün mit elichen töchtern zu erben machen.
99. Das ein jeder sol sin elich und unelich kind erziehen und erzogen us sinem gut sünd werden etc.
100. Ob einer on kind sturb, sol sin gut an bruder und schwöster fallen oder an ir kinder, ob er will.
101. Wer einem notari zuredt in falsch geschriben haben.
102. Wer zerbrech staffel, wasserleitinen einer müli, stampf oder rollen, was die buos sy.
103. Das die marchen und marchstein sollend bliben.
104. Das ein jeder den müllerlon sol geben.
105. Wen etwan gemein zweyen oder mehr buwens bedörft.
106. Das nieman sol koufen noch verkoufen am sonntag.
107. Wen man um stöss uf schidlüt kompt.
108. Das nieman sol erforderen verkoufte güeter dan siner fründen im fierten grad oder necher.
109. Was gemacht wird durch die Botten von Vry, Schwytz und Vnderwalden und Vogt und durch die Räth, dz sol beliben in zimlich etc.
110. Das ein jeder sin schulder mag pfenden.
111. Das man ein der von land zuge und gut im land hett, mag da citieren für recht.
112. Das ein landman mit dem weibell eins frömden gut mag verbieten.
113. Das ein uslendischer eim inwoner sol trostung geben, wen er mit im rechten wil.
114. Das ein uslendisch urtel gegen einem thalman unnutz geacht sol werden.
115. Das keiner des thals einem uslendischen schuld übergeben mög, sy sye dan beider gemein.
116. Wen besessene güeter von eim andern angesprochen wurden.
  
117. Wen einer gelten sölt und kein gut hett.
118. Das einer nit darf zügen, der mit einem andern schuld oder instrument hat, um die schuld.
119. Wer sich eins dings annimpt, sol darum antwurt geben.
120. Wo einer für den andern bürg worden ist.



- CXXI. Si quis cesserit iura de cartis falsis vel solutis.  
 CXXII. Quod comunancia teneatur terras pro extimando consignare.  
 CXXIII. De pena creditoris nolentis recipere solutionem.  
 CXXIV. Diuisio facta intelligatur inter fratres habitantes separatim per annos quinque.  
 CXXV. Quod filius infra XX annos non possit facere debitum.  
 CXXVI. Si duo se possidere contendant, Vicarius in se retineat possessionem.  
 CXXVII. Quod accessium debeat dari terris non habentibus.  
 CXXVIII. Quod nemo ponat super stratas aliquid tedium inferens.  
 CXXIX. De instrumentis reficiendis.  
 CXXX. Consanguinei non debeant testificare.  
 CXXXI. De numero coperatorum fiendo ex singulis decem annis.  
 CXXXII. De salario capientium lupos.  
 CXXXIII. De molendino per decem annos relicto.  
 CXXXIV. De pena soluenda per quamlibet aliam personam defidantem.  
 CXXXV. De pena facientis sibi ius a semet ipso.  
 CXXXVI. De non rogando nec minando aliquem testem.  
 CXXXVII. Quod Vicarius teneatur vna cum Consilio Credencie capere quemlibet malefactorem.  
 CXXXVIII. Quod Vicarius teneatur recipere omnes accusas.  
 CXXXIX. De pena facientium contra honorem Magnificorum Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie et Mediolanensis ecclesie.  
 CXL. Si aliquod furtum factum fuerit.  
 CXLI. De pena furium.  
 CXLII. De pena recipientis furta.  
 CXLIII. Quod spoliator siue predo capi debeat et iudicari.  
 CXLIV. De non faciendo pactum de aliquo furto.  
 CXLV. De pena recipientis aliqua ab aliquo bannito.  
 CXLVI. De pena facientis vim alicui.  
 CXLVII. De pena venefici.  
 CXLVIII. De pena facientium maleficia.  
 CXLIX. De non donando alicui de here Comunis.  
 CL. De non petendo aliquod donum largiri.  
 CLI. De non stripando nec plantando aliquod terminum.  
 CLII. De non dicendo domino Vicario mendacium.  
 CLIII. De non accipiendo alienas vuas.  
 CLIV. De non vindemiando absque licentia.  
 CLV. Quod accusatus si non comparuerit habeatur pro confesso.

121. Von übergabung etwan in briefen.
122. Das jedes dorf sol zeigen eines güeter, das man schetzen will.
123. Wen einer schuld, so man im schuldig wer, nit welt nemen.
124. Wen brüder oder fründ V jar getheilt sind, sol die theilung kraft haben hinfür.
125. Das keiner under XX jarn mag schulden machen.
126. Wen zwen um ligent gut spenig seind etc.
  
127. Das man felden zugäng geben sol.
128. Das nieman sol lassen ligen uf den gassen holz etc.
129. Wen instrument oder urtelbrief verloren werden.
130. Das vatter, mutter, brüeder und fründ nit sollen zügen.
131. Das ein Vogt zu X jaren sol zwingen die gemeinden die stür zu verglichen.
132. Wer ein wolf facht.
133. Wen ein mülli öd gestanden ist zechen jar.
134. Wer den andern us sim hus lüed, abseite oder sust schmach thete.
135. Wer sein selbs recht macht um etwas.
136. Das nieman sol zügen bitten oder in tröuwen.
137. Das der Vogt mit sampt den Räthen schuldig ist ze fachen ein jeden übeltheter.
138. Das der Vogt sol annemen all klagung.
139. Wer da handelt wider Er der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden.
  
140. Ob etwas verstolen wurd.
141. Wer da stel V gros oder mer, der sol gefangen werden.
142. Wer verstolen gut nem oder gemein hett.
143. Wer roubete, sol gefangen und gericht werden.
144. Das keiner sol thedung machen mit eim dieb.
145. Das nieman von einem gebanten sol etwas nemen noch abkoufen.
146. Wer einem gwalt thette.
147. Wer den andern vergifti.
148. Wer den andern vergalstreti.
149. Das nieman sol verschenken us des gemeinen seckel üt.
150. Nieman sol begern im etwz gegeben werden.
151. Das nieman sol margstein setzen allein.
152. Wer dem Vogt ein lugi seite.
153. Das nieman eins andern truben sol nemen.
154. Das nieman on urlob sol wimmen.
155. Wen ein person dem Vogt verklagt würd um übelthat.

- CLVI. De pena incidentis vel ruscantis arbores alicuius.
- CLVII. Quando Vicarius comandamentum daret.
- CLVIII. Quod condemnati soluant eorum condemnationes et nunciis Comunis.
- CLIX. Quod patres ecclesiasticarum personarum soluant pro filiis suis condemnationes.
- CLX. Quod nullus vadat ad aliquod inuitamentum extra vallem.
- CLXI. De non vendendo forensi aliquod bladum.
- CLXII. De non vendendo alicui nisi ad iustam mensuram.
- CLXIII. Quod tabernarii debeant dare vinum cuilibet petenti pro suis denariis.
- CLXIV. Quod nullus ponderet aliquid nisi ad stateram signatam.
- CLXV. De pena ludentium ad taxillos.
- CLXVI. Quod nemo faciat matrimonium cum eius parentela vsque ad quartum gradum.
- CLXVII. De pena committentium adulterium in domo mariti.
- CLXVIII. De pena vtentium carnaliter cum eorum parentibus.
- CLXIX. Qui carnaliter vteretur commatre.
- CLXX. Qui carnaliter vteretur filia et eius matre vel duabus sororibus.
- CLXXI. Qui vteretur carnaliter femina per vim et contra eius voluntatem.
- CLXXII. De pena feminarum nuptarum vtentium carnaliter cum presbitero.
- CLXXIII. De pena leuantis aliquem lapidem in colloquio.
- CLXXIV. De pena facientis rumorem coram domino Vicario.
- CLXXV. fehlt.
- CLXXVI. De pena non manifestantium res inuentas.
- CLXXVII. De pena offendentis aliquem valleranum extra vallem.
- CLXXVIII. De pena vetantium pignora seruitori.
- CLXXIX. De pena nodantium seu strenodantium alienas bestias.
- CLXXX. De pena occidentium alienas bestias.
- CLXXXI. De pena stripantium caudam equi vel muli.
- CLXXXII. De pena tondentium alienas oues.
- CLXXXIII. De pena non manifestantium bestias inuentas.
- CLXXXIV. De pena vtentium partibus.
  
- CLXXXV. De pena clamantium auxilium.
- CLXXXVI. De pena facientis falsum sacramentum.
- CLXXXVII. De pena ducentium bestias de vna alpe ad aliam.
- CLXXXVIII. De pena conducentium bestias in alpes per stratas non suetas.
- CLXXXIX. De tradimentis et furtis notificandis per quemlibet.

156. Wer dem andern böum oder reben abhüwe.
157. Wen der Vogt ein comandament gibt.
158. Wer gestraft wird um gelt sol bezalen die botten mit sampt der sum.
159. Ob ein priester oder gewichter um gelt gestraft wird, ist der vatter schuldig für ihn ze bezalen.
160. Das nieman sol gan uf kilchwichin oder fasnacht jeman ze letzen.
161. Das nieman kein korn vom thal sol verkoufen.
162. Das nieman sol koufen noch verkoufen dan by der rechten mas.
163. Das ein jeder wirt sol win geben um sin gelt.
  
164. Das nieman sol wegen noch verkoufen dan by der rechten wag.
165. Nieman sol mit würflen spilen.
166. Das nieman sol zu der ee griffen, die ein andren gesipt sind in vierten grad.
167. Wer einem mit seiner eefrouwen in seinem hus ze schaffen.
168. Wer ze schaffen hett mit sinen fründen.
169. Wer mit siner gevatter ze schaffen hat.
170. Wer mit der dochter und mutter oder zweyen schwöstern ze schaffen hett.
171. Welcher ein frouwen oder dochter notzogeti.
  
172. Wen ein eefrouw mit eim priester ze schaffen hat.
  
173. Wer stein zückt, trüg oder ufrur macht.
174. Wer ufruor oder geheder macht.
175. fehlt.
176. Wer etwan fund, das verloren wer, gelt oder anders.
177. Wen zwen usserthab dem thal ein andren schlüegend.
178. Das nieman sol dem weibel pfand weren.
179. Das nieman des andern vich sol inbinden oder zeichnen.
180. Wer eim anderen sin vich erschlüeg.
181. Wer eins andern ros oder mul schwantz abhüw.
182. Wer dem andern sine schaf schere.
183. Wen einer vich inhette nit wüste wes wer.
184. Das sich nieman sol partyg machen noch zusammen verbinden.
185. Das nieman sol um hilf schrien.
186. Wer meineid schwert.
187. Wer fuorte sich von einer alp in die andern.
188. Wer sich durch ungeüept strassen in alpen trib.
  
189. Das ein jeder schuldig ist ze leiden was strafwirdig ist.

- CXC. De pena facientium homicidium.
- CXCI. Quod nullus vendat bona vxoris sue.
- CXCII. De pena rogantis pro aliquo officio.
- CXCIII. Si due persone libere pueros vna haberent.
- CXCIV. Quod vir non possit succedere in hereditate mulieris nec mulier viri.
- CXCV. Quod pater possit dotare filias et post eius mortem consanguinei proximi.
- CXCVI. Preservatio Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie.
- CXCVII. Quod filii sororum cum filiis fratrum equo iure hereditent quodque deinceps proximus consanguineus lineae paterne hereditare possit.
- CXCVIII. Quomodo eligi debeant seruitores.
- CXCIX. Qualiter homines vallis Blegnii de rebus minimis coram consulibus ius querere et sese appellare possint.
- CC. Qualiter homines vallis Blegnii sese appellare possint a sententia Aduocati.
- CCI. Qualiter condemnari debent illi qui versus alterum friuole dixerint mentiris.
- CCII. Qualiter auatici hereditare possunt bona aui et auie eorum loco eorum patris et matris.
- CCIII. Qualiter nepotes succedere possunt loco eorum patris patruos et amitas.
- CCIV. Qualiter homines de Blegnio vtriusque sexus eorum testamenta extra vallem ordinare debent.
- CCV. Qualiter bona vendita extra genologiam attinentes vsque ad quartum gradum exigere possunt.
- CCVI. Qualiter extimationes fieri debent.
- CCVII. Si quis possessionem per quinque annos continuos possessionem fuerit, debet manere ad possessionem.
- CCVIII. Qualiter pignora fieri debent.
- CCIX. De iuramentis falsis.
- CCX. Qualiter crimina accusari debent.
- CCXI. Qualiter pignora fieri debent post obitum alicuius debitoris.
- CCXII. Qualiter condemnationes inter prefatos Magnificos Dominos trium ligarum et homines Blegnii diuidere debent.
- CCXIII. sine rubrica.
- CCXIV. sine rubrica.
- CCXV. Qualiter rixantes debent accusari.

190. Wer den andern vom leben zum tod brecht.
191. Das keiner siner frouwen gut verkoufen sol.
192. Das kein Consul, Rathsher noch ander um ampt pitten sol.
193. Wen zwen ledig personen oder unledig kind by einandern hetten.
194. Das der man die frouwen noch die frouw von dem man nit sol erben.
195. Das ein vatter sin döchtern mag usstürn und nach sim tod die nechsten fründ.
196. Vorhehalten der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden nid dem Wald.
197. Wie schwösterkind mit bruderskinden in glichen rechten erben und ouch wie des nechst vatter march erben solle.
  
198. Wie man weibel setzen sol.
199. Wie man klein sachen appellieren solle.
  
200. Wie sich einer im Bollentz von des Vogts urteilen appellieren mag und nachkomen sol.
201. Wie man strafen sol der einen freffenlich heist liegen.
  
202. Wie kindskinder iren grossvatter und mutter erben sönd an statt iro vatter und mutter.
203. Wie bruderskind iren vetter erben sönd.
  
204. Wie die us Bollentz usserthalb lands ir testament machen und ornen sönd.
205. Wie man güeter so usserthalb der früntschaft verkouft sind, abgelöst mögen werden.
206. Wie man schetzen sol.
207. Welcher ein ligent guot fünf jar unerfordret ingehept hat.
  
208. Wie man pfenden sol.
209. Von falschen eiden.
210. Wie man übeltheter angeben sol.
211. Wie man eim doten menschen nachpfenden sol.
  
212. Wie man die buossen zwüschent den Grosmechtigen Herren der dryen Orten Vry, Schwytz und Vnderwalden und der landschaft Bollentz theilen sol.
213. Witer was andre buossen belangt.
- 214.
215. Wie man die stössigen leiden sol.

- CCXVI. Qualiter Dominus Aduocatus causas, que sibi nimis graues viderentur, suspendere et dominis Oratoribus committere possit.
- CCXVII. Qualiter Magnifici Domini reseruarunt in se potestatem possendi mutare omnia statuta.
- CCXVIII. De salario Domini Aduocati.
- CCXIX. Qualiter mulier relictā a marito suo potest vti et frui bonis mariti viuens in habitu viduali.
- CCXX. Qualiter petitiones damni dati fieri debent.
-

216. Wie der Vogt schwer sachen ufziehen und ufhalten mag den Botten der dryen Orten.
217. Wie der dryen Orten Herren vorbehalten hand dise vorge-  
nanten Capitel und ander in der Statuten gesetzt mögend  
endern.
218. Von des Vogts lon.
219. Wie ein frouw nach irs mans tod niesen sol.
220. Wie man schaden anfordren sol.
-



**I. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Ad honorem ipsius eiusque gloriosissime Virginis Matris Marie hec infra scripta Statuta Comuni totius vallis Blegnii ordinata et facta sunt. Et per Magnificos ac Potentes Dominos de Vrania, Suitia et Subsylvania antike Lige Confederatos Superioris Alemannie regionis confirmata anno salutis etc. sesquimillesimo: MD.**

**II. Quod Comunitas totius Blegnii quotannis Dominis Vranie, Schuitie et Subsylvanis iurare debeat, et Vicario.**

Imprimis statutum et ordinatum est, quod totum Comune vallis Blegnii ad sancta Dei euangelia annuatim iurare debeat Vranie, Suitie et Subsylvanis regionis commodum, laudem et honorem promouere, damnum omneque nefas monendo auertere fideliterque opprimere, etiam regioni obediens aspectansque Vranie, Suitie et Subsylvanis esse in perpetuum omnibusque preceptis, ordinationibus et statutis suis sine contradictione parere, de cetero nulli alteri dominationi assentiri permittere nec iurare, sed illi persona rebusque suo pro posse, si pro Vranie, Suitie et Subsylvanis regione trudi tentarentur, contrastare; cum hoc totius vallis Blegnii vtilitatem et honorem promouere, damna scandalaque auertendo monere, accusanda producere, siue sint pene excessuum siue mulcte criminum vel quecunque alia, vt in infrascriptis statutis latius patet et singulariter scriptum est; Vicario nuntiisque suis, siue seruitores siue alii sint, obedire quoties ab ipsis exhortantur vel vocati fuerint; iustitiam adiuuare, iniustitiam subpeditare, Vicarium tutare et defendere, contra eum sine iure nihil tractare nec facere.

**III. Qualiter Prefectus vallis Blegnii iurare debeat Comuni.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius vallis Blegnii omni anno ad sancta Dei euangelia iurare debeat dicte vallis vtilitatem et honorem promouere, damnum, scandalum viciumque monere et amouere, que producenda sunt producere, communis iudex esse et facere equum ius ita pauperi sicut diuiti.

**1. In dem namen unsers Herren Jhesu Christi, ihme zuo lob und zuo ehren der hochgelobten Jungfrouwen himmelischer künigin syner würdigen mutter Marie, sind gemacht und geordnet dis nachgeschribne Statuten oder Gesatzten der Gemeinde des ganzen thals Bollentz, und durch die Grossmechtigen Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden nid dem Kernwald des alten Bunds der Eydtgnoschaft oberteutschen landen bestät in dem jar des Herren als man zellet ein thusent und fünfhunderte: 1500.**

**2. Wie die ganz gemeind in Bollentz schweren sol alle jar den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden und dem Vogt.**

Zu dem ersten ist geordnet und gesetzt, das die ganz Gemeind in Bollentz zu Gott und den Heiligen schweren sol des landes zu Vry, Schwytz und Vnderwalden nid dem Wald nutz, lob und ehre ze fürdern, schand und schaden ze warnen und ze wenden mit guten trüwen on alle geverde, und dem land ze Vry, Schwytz und Vnderwalden zu ewigen ziten gehorsam und gewertig ze sinde, allen iren gebotten, ordnungen und gesatzten on all widerred, ouch hinfüro keiner andern herrschaft niemermehr zu gehulden, leben noch schweren, sonder dem widerstahn mit lib und gut nach allem irem vermögen, wo sy von dern landen Vry, Schwytz und Vnderwalden iemer wurden understande ze trengen; und das die Gemeind thals Bollentz nutz und ehre ze fürdern, schand, schaden und laster ze warnen und ze wenden, und fürzebringen was fürzebringen sy, es sige buossen, freffel und anders, wie das in disen Statuten hienach eigentlich geschriben staht; und dem Vogt und sinen potten, es sy den weiblen oder andern sinen potten, gehorsam ze sin als dick und vil sy des von im oder sinen potten ermahnt oder berüeft werden, das recht helfen fürdern und das unrecht undertrucken, den Vogt schirmen und handhaben zu recht und im nüt zethunde denn mit dem rechten.

**3. Wie ein Vogt des thals Bollentz alle jar schweren sol der gemeind.**

Item es ist geordnet und gesetzt, das der Vogt des thals Bollentz sol zu Gott und den Helgen schweren des thals Bollentz nutz und eer zefürdern, schand, schaden und laster zewenden und fürzebringen was fürzebringen sy, ein gemeiner richter ze sin und ze richten nach recht dem armen als dem

et ita diuiti sicut pauperi, ita extraneo sicut intraneo et e conuerso; illud nec munere, dono, amicitia nec inimicitia nec aliis de causis pretermittere, sed secundum ius procedere et fideliter iudicare.

### **III. Quomodo Domini de Vrania, Suitia et Subsiluania sup̄ter syluam valli Blegnii quotannis vicarium eligere debeant.**

Item statutum et ordinatum est, quod Magnifici Domini de Vrania, Suitia et Subsiluania sup̄ter syluam teneantur et eligere debeant valli ac comuni Blegnii omni anno vnum probum et honestum virum in Vicarium prima dominica mensis Maii, qui ipsis vtilis ac bonus ad tale vicariatus officium prouidendum videatur et placeat. Vicarius ipse extra vallem pro ambassiatore aliqua occasione ire non debet, nisi fuerit de consensu Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie sup̄ter syluam aut Consilii Credentie dicte vallis.

### **V. Quod nemo iurare debeat Domini nostri passione et Virginis Marie sudore.**

Item Magnifici Domini de Vrania, Suitia et Subsiluania insuper statuerunt et ordinauerunt, si aliqua persona in valle Blegnii, siue mas siue femina, extranea siue intranea, senex siue iuuenis, postquam sibi hoc notum fuerit et manifestum, iuraret Domini nostri vulneribus, eius sanguine, passione, sudore vel suis membris, similiter gloriose Virginis Marie sudore vel aliis suis visceribus, talis de vnoquoque articulo blasphemator prefato et singulo det et soluat pro pena tres solidos, et qui tales blasphematores audierit, ille suo iuramento penas siue mulctas predictas illico exigere tenetur, illasque (si que sibi dentur) ecclesie vbi hoc factum est dare; et si blasphemator dare negaret vt supra, iterum proprio iuramento hoc Consuli accusans narret sine mora, qui tales penas quotquot sint postulet et ecclesie vt supra det. Si vero quis tales blasphemationes faceret, postquam monitus fuerit, ille Vicarii et Consulum condemnationes expectet.

### **VI. Quelibet persona quottidie in Domini nostri passionem quinque Paternoster et quinque Aue Maria orare debeat.**

Item statutum et ordinatum, quod quelibet persona, siue mas siue femina, cum octo dies in valle Blegnii substantialiter fuerstorare, debet et obligatur quottidie quinque Pater noster

rychen und dem rychen als dem armen, dem frombden als dem heimschen, und das nit ze lassen weder durch miet noch durch gaben noch durch wan noch durch früntschaft noch durch vyendtschaft oder durch keinerley sach willen denn durch des blossen rechten willen, alles getrűwlich und ungefarily.

**4. Wie die Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden nid dem wald erwellen sünd alle jar einen Vogt dem thal Bollentz.**

Item es ist geornet und gesetzt, das die Grosmechtigen Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden nid dem wald schuldig sind und erwellen sollend dem thal und der gmeind von Bollentz alle jar einen fromen biderman zu einem Vogt uf dem ersten sontag im Meyen, der sy nutz und gut bedunkt, sölche vogti zu versechen und inen darzu gefält, und derselb sol nit von dem thal Bollentz faren in botschaft wise, es werd im dann von den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden oder den Rethen in Bollentz befolgen.

**5. Das nieman schweren sol by unsers Herren liden noch by der Jungfrouwen Marie.**

Item daruf so haben die Grosmechtigen Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden gesetzt und geornet, wer der were, der in dem thal Bollentz, es sy frouw oder man, frömbd oder heimbsch, jung oder alt, fürdeshin so im ditz kont und offenbar wird, schwüere by unsers Herren wunden, by sinem blut, by sinem liden, sinem schweis, sinen glidern, des glichen by der wirdigen Jungfrouwen Marie schweis oder andern irn glidern, der oder die so das tetind, sollend von jetlichem artickel als menger im schwern gemelt wird, dry  $\beta$  ze buos geben; und wer solich schwüer erhört, der sol schuldig sin by sinem eid solch buossen angentz ze erfordern, und ob im die geben wird, sol er sy geben an die kilchen, da das geschechen ist: und git er die nit, so sol er das by demselben eid on verzug dem Consul sagen, der sol dan sollich buossen, so vil der ist, inziechen und ouch an die kilchen geben wie ob; ob aber einer sölch oder ander unzimliche schwüer thete über das und er von etwerm gestönkt wurde, der sol dan eines Vogts und der Rethen straf erwarten.

**6. Wie ein yedtlicher altag V Paternoster und V Ave Maria beten sol in das liden unseres Herren Jesu Cristi.**

Item aber ist gesetzt und geornet, wer der ist, es sy frouw oder man, so acht tag im thal Bollentz wessenlich gewesen ist, sol altag schuldig syn zebeten V Paternoster und

totidemque salutationes gloriose Virginis Marie post sacramenti elevationem extensis manibus flexis genibus (mulieres alias) in amaram Domini nostri Jesu Christi passionem, prout ipse nobis in bellis et alias triumphos et victorias magnas necnon fortunam prosperam aduersus inimicos nostros et hucusque concedet. Qui id non fecerit, det et soluat pro pena quinque solidos qualibet vice et talis pecunia semper ordinetur et detur ecclesie siue capelle vbi hoc factum fuit.

#### **VII. Quomodo IX viri ad Consilium quotannis eligantur.**

Item statutum et ordinatum est, quod in posterum quilibet Vaetsch totius vallis Blegnii ordinare et eligere debeat tres viros ad Consilium et Domini de Vrania, Suitia et Subsiluania siue ambasiatores eorum etiam tres viros ex tota Comunitate vallis Blegnii ad illos, Vicarius cum illis duodecim electis tractare, iudicare et sententiare debet pro omnibus casibus qui toti valli Blegnii instant, obseruatis tamen Vranie, Suitie et Subsiluanie Dominorum et prefate vallis vtilitate et honore, et quando Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie ambasiatores in Blegnio sunt, cum talibus esse et iuuantes vt congruum sic iudicare debent.

#### **VIII. Quod notarius et seruator eligendi sunt.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius vna cum Consiliariis et tota Comunitate in valle Blegnii vnoquoque anno eligere et ordinare debeant publicum notarium et seruatorem publicum, qui Consilio iurent ipsoque sedeant; alii vero notarii et seruitores ad Consilium, nisi quis Consilii esset, nequaquam stare debeant.

#### **IX. Quod aliquis appellare possit et quomodo.**

Item et ordinatum est, quod vnaqueque persona in Blegnio suos casus habens erga intraneum vel rixas aliquas in dicto Blegnio de iudice ad Consilium et ad tres iuratos iudices protrahere potest; sed erga forensem et hospitem intraneus sine hospitis voluntate et consensu vnum appellando non producat, nisi iudici similiter placeret bonumque esse sibi videretur casus difficultate vltra produci; extraneus vero siue forensis rem de iudicio ad maiorem potestatem ad Consilium trahere potest, et queque persona rem sic ad Consilium et ad tres iuratos protrahens pignus antea vt moris est locet et det,



V Ave Maria, wen der priester unseren Herren ufgehept, die man mit gestreckten armen und die frouwen sonst, in das liden unseres Herren Jesu Cristi, um dz er uns in kriegem und sonst gross sig und glück wider unser fyend und noch geben mag, und wer das nit tette, sol umb V  $\beta$  ze buos verfallen sin als dick das geschicht, und sol man allweg die buossen an die kilchen oder capell geben da das beschicht.

#### **7. Wie man nün man zum Rath erwellen sol alle jar, die dan des Raths sollent sin.**

Item ouch ist geornet, das nun fürhin yetlich fatsch in dem thal Bollentz sol ornen oder erwellen zum Rath dry man und die Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden oder ir botten sollend ouch dry man uf der ganzen Gmeind von Bollentz zu denselben ornen und erwellen, da sol der Vogt mit sampt den zwölf erwelten rathschlagen und richten um all sachen, so dem ganzen thal Bollentz zustand, in mossen dz der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden und des ganzen thals Bollentz nutz und eer sie, und wan der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden botten in Bollentz sind, sollent daby und mit sin und da helfen richten wie sich gebürt.

#### **8. Wie man ein Schriber und Weibel setzen sol.**

Item es ist geornet, das der Vogt mit sampt den Rethen und der ganzen Gmeind in dem thal Bollentz alle jar sol ornen und erwellen einen Landschriber und einen Landsweibel, die dem Rath schweren und daby sitzen, und die andern schriber und weibel sollent nit im Rath sitzen, es sye dan das einer des Raths sye.

#### **9. Wie man appellieren mag von gericht für rath, von rath für die dry Ort.**

Item es ist geornet, das ein jeklich person in Bollentz mag sin sach und stoss so er hat gegen einem inlendischen ze Bollentz ziehen von dem gericht für rath und für die dry geschwornen richter, aber gegen einem frömden und gast so sol der heimsch das nit fürher ziehen on des gasts willen und gunst, es sie dan sach, das den richter das ouch beduocht gut sin, das solchs von schwere wegen der sach fürer gezogen wurd; aber ein frömder mag sin sach wol vom gericht fürer uf ein merern gewalt für den rath ziehen; und welche person sin sach also zuge für rath und die dry, sol dieselb person

et cum parti visum fuerit per Consilii et illorum trium sententiam se nimis agrauari, habet sententie copiam ipsius in expensis accipere illamque Dominis Vranie, Suitie et Subsilianie asportare valebit, etiam ad ipsos appellare. Et quod ab ipsis Dominis trium Cantonum prolatum fuerit, firmiter vtrique pars teneat et cum illo maneat. Et qui sic appellando sententia Dominorum trium Cantonum etiam succubuerit iusque sibi in incommodum ceciderit, ille contrarie sue parti omnes expensas et damna per appellationem hanc illata in Dominorum trium Cantonum laude exsoluet.

#### **X. De legitima citatione tam in ciuilibus quam in criminalibus.**

Item statutum et ordinatum, si seruitor dicte Comunitatis Blegnii citauerit aliquem ad domum sue habitationis presente aliquo de eius familia, talis citatio habeatur pro bona et legitima, siue ipse domi sit siue ne.

#### **XI. Quod si citatus non comparuerit.**

Item statutum et ordinatum est, quod si citatus aliquis fuerit a seruitore vallis dicte aliqua de causa nec prima petitione comparuerit, det et soluat vnam libram, pro secunda duas libras, et si tercio parere noluerit, tunc actori pro sua exigencia iudicetur. Et illa iudicii sententia obseruetur et firma teneatur, nisi responsor siue citatus ad planum ostenderet rationabilis necessitatis causa ipsum remoratum fuisse.

#### **XII. Quod nemo alterum ad iudicium alienum citare debeat.**

Item statutum et ordinatum est, quod nemo in valle Blegnii alterum ad alienum iudicium siue spirituale siue seculare citare debeat; qui contrafaceret, ille persona vna cum suis rebus Dominis Vranie, Suitie et Subsilianie ceciderit; exceptis matrimonialibus aliisque spiritualibus causis, nec etiam in illis sine Dominorum trium Cantonum consensu et fauore tractare vt supra quis debeat.

#### **XIII. De iudicio hospiti a Vicario tenendo.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius in Blegnio vel vicetenens eius hospiti ius petenti cunctis diebus iudicare dum potest iudicium tenere debeat, cum ab ipso petitus fuerit iudicare.

vor und ee pfand setzen und geben, wie das sitt und gewon ist, und welche person dan duochte durch der rethen und der dryen urtel beschwert sin, mag sy derselben urtel ein coppi nemen in ir costen, den Herren von den dryen Orten die zeigen und für sy appellieren, und was dan durch die Herren der dry Orten gesprochen wird, daby sollend dan beid partien beliben. Und welcher also für die Herren der dryen Orten appelliert und aber da vor inen ouch verlürt oder unrecht gewünt, der soll siner widerparti abtragen allen costen und schaden, so sy von derselben appellation wegen erlitten hat. nach der Herren von den dryen Orten erkantnus.

#### **10. Wie der weibel einem verkündet.**

Item ouch ist geornet, wan ein landsweibel des thals Bollentz einem zu sinem hus verkündet, er sig daheim oder nit, sol die verkündung kraft haben, so ver und yemans sins husgesinde anheimsch ist.

#### **11. Wen einer pott des weibels übersicht.**

Item ouch ist geornet, ob ein weibel einem von etwas wegen erfordert oder fürputte, und er nit kem zum ersten mal, so sol er zu buos verfallen sin ein lib., zum andern mal 2 lib., und ob er zum dritten mal nit gehorsam were, so sol man dem anklager richten umb sin ansprach, und by derselben urtel sol er dan beliben, es sie dan sach das der verantwurter darbringen möge, das in eehafte not gesumpt oder gehindert habe.

#### **12. Das nieman den andern uf frömd gericht laden sol.**

Item es ist geornet, das nieman im thal Bollentz den andern sol laden uf frömde gericht, weder geistlichs noch weltlichs, wer das aber thette, der sol den Herren von den dryen Orten lib und gut verfallen sin, usgenommen um eesachen und ander geistlich sachen, doch sol er das ouch nit thun one der Herren von den dryen Orten wüssen und willen und erlauben.

#### **13. Das ein Vogt oder sin Stathalter einem gast gericht halten sol.**

Item es ist geornet, das der Vogt in Bollentz oder sin Stathalter sol einem gast, der gerichts begert, an allen tagen so man richten mag, gericht halten und richten, wen er des erforderet wird.



**XIV. De pace danda et tenenda.**

Item statutum et ordinatum est, quicumque siue popularis siue hospes sit, breui siue longo temporis spatio in valle dicta fuerit, cum aliqua persona<sup>1)</sup> ab ipsis rixatoribus pacem dandam expeteret, illi pacem sine mora dare debent, presertim cum ad tertium modum pro ipsa hortantur. Qui vero pacem dare negaret, se absconderet vel recederet, propterea quod ipsam pacem dare non oporteret vel promittere sine iure nihil acturum, ille pro pena det et soluat triginta libras, ni esset quod suus consanguineus adeo lesus et debilis, quod sacramento suo obtinere posset, quod forsan tam stanti moriretur sicut sanaretur.

**XV.**

Item et qui sic inobediens pacem dare abnuerit vt supra, hunc omnes circumstantes et circa existentes suis sacramentis et sub trium lib. pena capere iuuent, et Vicario siue rectoribus huius vallis presentare, inque turrin ponere quoad obedientiam et iuri satisfecerit.

**XVI.**

Item posito quod aliquis siue patriota siue hospes a valle recederet, propterea quod pacem dare negaret nec iure contentari velit, et huius causa eum aliquis timuerit, quid tum aliquis nostratum damni huic fecerit, ille de iudicio Blegnii impunitus sine increpatione maneat, nihil etiam respondendo vbi hoc fecerit. Et qui illum fugituum in valle viderit, suo sacramento et supra dictarum trium lib. pena super ipsum clamare consignareque (debet), et quisquis sacramento et simili pena ei in auxilio esse debet.

**XVII.**

Item si quis hunc recessorem siue fugituum insuper defenderet, hospitaret sibique cibum vel potum porrigeret, talis similem quam reccessor meruerit penam sine gratia luet.

**XVIII. De pena pro pacis fractione danda.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis dederit pacem vel alias sine iure se nihil acturum promiserit, et in-

<sup>1)</sup> Hier fehlt etwas, etwa: rixam habuerit, tunc si Vicarius aut vnus ex Consilio Blegnii aut popularis aut alia persona.

**14. Wie man frid geben und halten sol.**

Item es ist geornet und gemacht, wer der ist, er sy landman oder gast, er sy kurz oder lang im thal gewesen, und mit etlicher person in Bollentz stossig wurd, wan dan der Vogt oder einer des Raths zu Bollentz oder ein landman oder ein andere person an die stossigen frid ze geben erfordert, so sollent die stossigen unverzogenlich frid geben, sunderlich wen sy bis uf das dritt mal darum gemant werdent. Wer aber frid nit geben welt, sich verbürge oder entwich darum das er nit frid geben oder geloben müeste one recht nüt ze thund, der sol um drissig lib. ze buos verfallen sin, es were dan sach, das sin fründ, der geschädget wer, also krank were, und das selb by sinem eid behalten möcht, das sin fründ als bald sturb als genes.

**15.**

Item und welcher also ungehorsam nit frid geben welte wie ob lut, den selben sollent alle die so darbi sind by ir eid und by dry lib. buos helfen fachen und dem Vogt oder regierern des lands antwurten und in thurn thun als lang bis er gehorsam und dem rechten gnug thuot.

**16.**

Item were ouch das jeman von dem land entwiche, es wer landman oder gast, darum das er nit frid geben welt, und ouch sich des rechten nit welt benüegen lassen, und in deshalben yeman entsitzen und fürchten müeste, was dan yeman der unsern demselben thete, der sol von dem gericht zu Bollentz ungefecht und ungestraft beliben und nützit ze antwurten han, wo er joch das thette, und wer denselben gewichnen also im land erseche, der sol by sinem eid und by obgemelten dry lib. buos uf in schryen und in melden, und sol im menklich ouch bym eid und by der buos beholfen sin.

**17.**

Item wer den gewichnen darüber schirmete, husete oder hofete, essen oder trinken gebe, der sol ouch die buos liden, die der gewichen verschult hat one gnad.

**18. Von der buos des frid brechen.**

Item wer aber frid hette geben oder sonst gelopt on recht nütz zethund, und darüber frid brechi und den angriff tette,

super pacem frangeret illamque inuasionem alteri faceret, de qua nullus sanguis exiret nec corpus offensum fuerit, talis etiam triginta lib. pro pena soluat, et ulterius sine fide esse debet nec suis verbis credendum est. Si vero quis sic fracta pace corpore vulneratus et defectuosus fuerit, iterum in predictam penam incidit et sine fide ut supra erit et ad hoc pro vna manu sine gratia condemnetur, et offenso damnum totaliter reddat.

### **XIX.**

Item qui in pace vel cum aliquis sine iure se nihil tractaturum promiserit, ultra hoc alterum interficeret et mori faceret, de tali ut de publico latrone ad eius personam et rem iudicandum est, ni esset quod contestare possit, hoc aliis de causis et discordiis peractum, tunc detur ei pax pro illo bello, siue vulneratio siue homicidium esset vel quocunque modo, si se pro pacis fractione vel pro latrocinio coram iure excusare velit.

### **XX.**

Item et si quis aduersario suo vel ulli alteri sine iure nihil facere nec incipere promiserit, ille etiam pacem dederit, et sic intelligi et teneri debet quemadmodum pacem dedisset.

### **XXI. Cum discordie conciliate fuerint.**

Item statutum et ordinatum est, quod quum discordia inter partes contrarias concordata et conciliata fuerit, ubi hoc factum est, sic vnita et conciliata penitus manebit, et si altera pars post illam conciliationem sanam alteri quicquam faceret vel aliquid molesti inferret, et alteri parti sibi illud propter priorem concordatam discordiam illatum fuisse videretur, tunc ipse inuasor vno vel duobus honestis cum viris vna cum ipso ut iudicio placetur notificare debet, illud propter priorem concordatam discordiam non peractum fuisse, et si id minus probaret, det pro tali excessu triginta lib. et suis verbis ulterius nihil credendum est.

### **XXII.**

Item qui alteri sic pacem dat vel sine iure nihil tractaturum promittit, hic pacem ad ius habeat.

### **XXIII. Qui pro pacis fractione accusatus fuerit.**

Item statutum et ordinatum est, quicumque pro pacis fractione accusatus fuerit, ille vno vel duobus honestis viris cum

und einer nit blutrünstig noch am lib nit geschädigt wurde, der sol ouch um dryssig pfund buos verfallen sin und darnach thürwlos und sinen worten nit ze glouben; wurde aber einer vom fridbrechen am lib wund und presthaftig, so sol er aber die jegenanten buos verfallen und eerlos sin als obstat, und darzu um ein hand an gnad, und ouch dem geschädigten sin schaden gar und ganz abtragen.

**19.**

Item wer in eim frid oder so einer gelopte one recht nüt ze thun, und darüber den anderen ze todt erschlüeg und liblos thette (da Gott vor sy), ab demselben sol man richten zu sinem lib und gut als ab einem offenen mörder on gnad, es wer dan sach, das er kuntlich möcht machen, das es von anderen sachen und stossen wegen beschehen, den sol man im frid geben um den krieg, es weren wundeten oder todt-schlag oder wie es were, ob er sich um fridbrechen oder um das mort am rechten versprechen wolte.

**20.**

Item und einer verspreche, das er sin gegensecher oder jeman anderen one recht nüt thun oder anfachen welte, der selb sol ouch frid geben haben, und sol also verstanden und gehalten werden, als ob er recht und redlich frid geben hette.

**21. Wen stös verricht sind.**

Item wen ein stös zwüschent partien bericht und versüent wird, wo joch das beschicht, das sol ouch lutter bericht und versüent sin. Thette aber nach der bericht entweder theil dem anderen utzit und der ander theil vermeinte, er hette im das gethan von des vorigen berichten stös wegen, so sol der den angriff gethan hat, kuntlich machen mit eim oder zweyen erbarn mannen zu im, weders dan je das gericht bedüechte, das es nit von der berichten sach wegen beschehen sie, oder aber, ob er das nit kuntlich gemacht hat, um dryssig lib. ze buos verfallen sin und fürohin sinen worten nit mehr ze glouben sin.

**22.**

Item und wer dem anderen also frid gibt oder gelopt one recht nüt ze thun, der sol ouch den frid haben uf recht.

**23. Wer um fridbruch wird angesprochen.**

Item wer um fridbrech wird angesprochen, der sol das kuntlich machen mit einem oder zweyen erbaren mannen,

se ipso, quibus fides et iuramentum adhibenda est, notificare debet, se non fregisse pacem vt supra, vel in supradictarum triginta lib. penam cadit et cum hoc omnes antescriptas penas patiatur, si ipse vllum vel omnia fregisset.

#### **XXIV. Si quis inimicitie causa pro pacis fractione difamatus fuerit.**

Item si vllus pro pacis vel discordie conciliate fractione inimicitie causa accusatus fuerit et huius innocens esset, nec cum talibus rebus fuisset, tum Vicarius vna cum iudicibus notificationem siue testificationem augendi vel minuendi potestatem habeat secundum rei qualitatem et hominum aspectum vt recte fecisse videtur.

#### **XXV. Qui alterum post pacem mentiri dixerit.**

Item qui alterum post factam pacem presumptuose mentiri dixerit, scilicet: tu mentiris, ille pro pena tres lib. det et soluat, et qui hoc sic coram iudice vel iudicio dum iudicatur fecerit et alterum dixerit presumptuose mentiri siue post pacem siue alias, ille quotiens fit pro tali excessu tres lib. dare debeat.

#### **XXVI. De verbis opprobriosis.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona alteri illos obiurgatos et verba talia alloqueretur: latro, proditor, saxinus,<sup>1)</sup> maleficus, fur, hereticus vel periurus, quotiens illud fecerit, pro singulo alteri criminoso verbo dato soluat quindecim lib., ni esset quod tale crimen notum fuerit et non longum.

#### **XXVII. Quando vna persona alteram vulneraret.**

Item statutum et ordinatum est, si quando vna persona aliam vulnerat vel ledit, ledens lese pro tali periculo expensas et damna exsoluet adeo multum vt Vicario Consiliariisque visum est secundum rei aspectum, et si vnus qui nihil vel parum haberet, inuasionem faceret et denique ab altero lederetur, lesor ipse leso non magis ad expensas et damna det quam etiam lesus alteri ad dandum haberet vbi ipsum leserit.

#### **XXVIII. Qui in ira euaginaret.**

Item statutum et ordinatum est, quod qui ira arma ex vagina traheret, lapides vel alia ad alios homines ledendos leuaret, ille quotiens fit det et soluat pro banno tres libras.

<sup>1)</sup> Wohl sassinus, assassinus. Vergl. Stat. v. Riviera cap. 46.

denen eid und eer zu glouben sy, zu im, das er nit frid gebrochen habe als ob, oder aber um die gemelten dryssig pfund buos gefallen sin, und darzu liden alle die stuck so davor stand, ob er etlichs oder alle gebrochen hette.

#### **24. Ob einer von finschaft wegen um fridbruch wurd angesprochen.**

Item wurde jeman von fiendschaft wegen um fridbruch oder um richtungbruch verleidet, und er aber das nit gethan noch by den sachen gesin were, da sol und mag der Vogt und das gericht gwalt han die kuntsami ze mindern oder ze meren nach gestalt der sach und der lütten als den bedunkt recht gethan.

#### **25. Wer nach dem frid den andern heist lügen.**

Item wer den andern, nachdem und frid gemacht ist, frefenlich heist lügen und spricht: du lügst, der sol um dry pfund ze buos verfallen sin, und wer ein heisset lügen frefenlich vor dem richter und gericht, so er zu richt sitzt, es sie nach frid oder sonst, der sol als dick das beschicht um dry lib. buos verfallen sin.

#### **26. Von scheltworten.**

Item so ein person den andern dise scheltwort zurette: mörder, verreter, strudel, boswicht, dieb, ketzer oder meyneid, als dick ein person das thete, sol um yetlichs scheltwort fünfzechen pfund ze buos geben, es were dan sach das solchs kuntlich wurde, den sol einer nit gestraft werden.

#### **27. Wen ein person die andern wundet.**

Item wen ein person die andern wundet oder gewürschet, so sol der den schaden hat gethan, dem andren für den lamtagen kosten und schaden geben, so vil als den Vogt und Rath bedunkt nach gestalt der sach, und ob einer, der nüt oder nit vil hett, den angriff thette und dennocht von dem andern geletzt wurd, so sol im der letzter nit mer an den costen und schaden geben, dan ouch der geletzt dem andern ze geben hette, wo er in geletzt hett.

#### **28. Wer im zorn zuckt.**

Item wer mit zorn waffen us der scheid zuckte, stein oder anders ufhept in meinung und willen ander lüt zu letzen, der sol als dick das beschicht um dry pfund buos verfallen sin.



**XXIX. Qui alteri impetum faceret.**

Item statutum et ordinatum est, quicumque alteri fastidium, presumptuositatem, indiscretionem vel impetum in alterius domo faceret vel sub alterius tecto, ille pro banno det soluat triginta libras.

**XXX. De non portando arma in populorum congregationibus.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona in populi congregatione, dedicationibus vel nundinis tutata vel alias tutamine armata incederet sine iudicis consulumque licentia, det et soluat pro banno centum libras, quas Consilarii de rebus eius intrahant, et si mulctam dandam non haberent, a valle quotquot sint prohibeantur quoad satisfecerint.

**XXXI. De pena incipientis bella in nundinis.**

Item statutum et ordinatum est, qui in nundinis sacrisue dedicationibus vllum litigium vel discordias inciperet, det et soluat pro banno decem lib. et si hoc coram Vicario factum esset, pena dupliciter et cum hoc secundum ex multe tribulatos et passiones inde venerint punietur.

**XXXII. Quod vna pars alteri non faciat potestatem.**

Item statutum et ordinatum est, quando vna pars vicinancia vel fatsch in Blegnio patrie vel alteri parti separate potestatem faceret, illa centum florenos in ouro det et soluat, et comune de Blegnio illam mulctam ad dandum infra octo dies proxime secuturos a tali parte postulet, et si aliquae persone speciales incitationes plus aliis ad talia fecissent vel incepissent, illi acrius secundum demerita punientur, et harum mulctarum due partes Dominis Vranie, Suitie et Subsiluanis et tertia Comuni de Blegnio deueniat.

**XXXIII. De discordiis aquarum ductuum.**

Item statutum et ordinatum est, si discordie vel rixe inter illos de Blegnio pro viarum introitu et exitu vel aquarum ductibus exurgerent, Vicarius ipse vicinos magis propinquos, vbi discordia est, optimum scientes et tam plures vt sibi opus esse videtur, etiam qui non rei effectores ne sint nec partem, ius nec inhabitationem aliquam illarum viarum et aquarum ductuum habeant, compellat; quid tunc illi vicini veritate edicunt, Vicarius vtrique parti cum illo manere precipiat; si vero tales vicini edicere illud ignorarent, Vicarius aliis tunc circa

**29. Wer dem andern überfal thette in dem sinen.**

Item wer dem andern unlust, frefel, unzucht oder überfall in eins anderen hus oder under des andern tach thette, der sol um dryssig pfund ze buos verfallen sin.

**30. Das nieman sol waffen oder harnasch tragen, do die lüt by einandern sind.**

Item wer an grossen versammlungen, kilchwichenen oder merchten mit harnasch oder gewapent gat one des richters und der anderen rethen urloub, der sol um 100 pfund verfallen sin, und sollent die rätth solch buossen von der verschulten gut inziechen, und ob sy die buossen nit hand ze geben, so sol man sy als vil ir ist vom land verbieten, bys sy gnug hand gethan.

**31. Wer an jarmerkten krig anfacht.**

Item wer an jarmerchten, kilchwichenen keinerlei krig oder hader anfacht, der sol um zehen lib. buos verfallen sin, und beschech das vor dem Vogt, sol er um zwufach buos verfallen sin und darzu gestraft werden nach dem und vil kumers davon uferstanden were.

**32. Wen ein gnossami der andren gwalt anlegt.**

Item wen etliche gnossami oder fatsch in Bollentz gwalt thete dem land oder etlicher gnossami sunderlich, die sol um hundert rinsch guldi verfallen sin, und sol ein gemeind von Bollentz solche buos in acht tagen nechst darnach von der selben gnossami inziechen; und ob sondrig personen sondrig ufreizung zu solchem mer dan ander gethan hettent, oder angefangen, die sol man fürer strafen nach verdienen und sol derselben buossen werden zwen theil den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden, und ein theil der Gemeind in Bollentz.

**33. Von stös wegen der wasserleitinen.**

Item ob stös und mishell uferstüenden under denen von Bollentz um inweg oder usweg oder um wasserleitinen, so sol der Vogt zwingen die nechsten nachburen, da dan die mishellung ist, und die das allerbest wüssind, und dero als vil als dan ein Vogt bedunkt not sin, die nit secher sigind und nit theil, recht noch gemein habend an den wegen oder wasserleitinen, und was dan die selben nachburen mit warheit ussprechent, das sol der Vogt beiden theilen gebieten daby zu beliben. Ob aber dieselben das nit konden ussprechen, so



stantibus iubeat et precipiat tale informare et vt ipsis iustum videbitur edicere; etiam nulla persona in Blegnio aquas propria voluntate in cannas vel nouas vias ducere, irrigationes facere vel ad molendina vertere debet sub quinque  $\beta$  pena quotiens fit nec etiam ad rectas stratas sub predicta pena eliciat.

#### **XXXIV. Nemo pro debitis incarceretur.**

Item statutum et ordinatum est, quod vltcrius non aliqua persona in Blegnio pro debitis vel causa pecuniaria carceribus includatur, attamen peioribus de causis vt Consulibus et Comuni videtur, pro talibus captiuandus est.

#### **XXXV. De pena percutientium aliquam personam ad sanguinis effusionem et sine sanguinis effusione.**

Item statutum et ordinatum est, si vna persona alteram ad sanguinis effusionem ferreis siue aliis armis percuteret, det et soluat pro banno qualibet vice duodecim lib. et etiam medicos soluat in consiliariorum laude; si vero id coram Vicario contigerit, pena duplicetur; at si vna persona illud pugno et inarmata manu fecerit, vnde sanguis exierit, det et soluat duas cum dimidia lib., et coram Vicario si contigerit pena duplicetur.

#### **XXXVI.**

Item et si vna persona alteram sine sanguinis effusione armis percuteret, det et soluat pro pena quinque lib., et si id pugno vel manu sola et plana fecerit vel alicui crines traheret retento sanguine, det pro pena vnam cum dimidia lib. Coram Vicario pena duplex est; tamen hoc minui et augeri potest consiliariorum discernentia et rei exigentia.

#### **XXXVII. Quod nemo punietur patibulo sine Consilio.**

Item statutum et ordinatum est, quod nemo debeat funibus patibuli trahi nec aliquo modo puniri sine Consilii voluntate et antea a Consilio definitum fuerit et maiori parti consulum id facere bonum esse videretur.

#### **XXXVIII. De pena facientium homicidium. (s. auch cap. 190.)**

Item statutum et ordinatum est, si vllus homicidium quocunque modo vel via faceret et in Vicarii carceres captus venerit et Comunitatis, decapitari debet, et si non caperetur, ipse vite perditione in perpetuum prohibeatur, hoc est capitis

sol der Vogt den andern, die dan da in stand, gebieten, sol-  
lichs zu entscheiden und uszesprechen, als sy bedunkt recht  
syn. Es sol ouch kein person in Bollentz wasser nach sinem  
willen leiten in kenel, nüw weg oder wasserruns machen noch  
an die müllinen richten, by 5  $\beta$  buos als dick das beschicht,  
und ouch nit uf die rechten stras leiten by derselben buos.

#### **34. Das nieman sol um geldschulden gefangen werden.**

Item es sol ouch fürbashin kein person in Bollentz um  
geldschuld wegen in gefengknus gelegt werden, aber wol von  
böser sachen wegen, das die Rāth und Gemeind beduechte  
das ein sölcher ze fachen sye.

#### **35. Wen ein person die andern schlecht und blutrums macht.**

Item ob ein person die andern schläge, das sy blutrums  
wurde, es wer mit yssin oder anderen waffen, die sol zwölf  
lib. ze buos geben als dick das beschech, und den artzet ab-  
tragen nach bekantnus der rāthen; und beschech solches vor  
dem Vogt, so sol die buos zweyfalt sin; thette aber ein person  
solches mit der funst oder mit ungewaffneter hand, das blut  
darnach gat, so sol sy um dritthalb lib. verfallen syn; be-  
schicht es vor dem Vogt, so ist die buos zweyfalt.

#### **36.**

Item schläge ouch einer den andern mit einem waffen  
und nit blut nach gieng, der sol um fünf lib. buos verfallen  
sin; thuodt aber das einer mit der funst oder blosser hand,  
oder einen harete, das er dennoch nit blüete, der sol um  
anderthalb lib. buos verfallen sin; und vor dem Vogt ist die  
buos zwyfalt; doch so sol und mag das gemindert und gemert  
werden nach erkantnus der rāthen und nach gestalt der sach.

#### **37. Das man nieman sol folteren an Rath.**

Item man sol nieman am folterseil ziehen noch in kein  
weg martren, es sye dan vor mit rath bekent und den mer-  
theil der rāthen bedunkt ze thund.

#### **38. Wie man todtschlag sol strafen.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob jemandt todtschlag  
thette, in was wys und weg das beschech, kompt derselb  
todtschleger in gefenknus des Vogts und der Gemeind, so sol  
man im sin haupt abschlagen, und ob er nit gefangen wurd,

amissione proscribatur, et suorum bonorum due partes Dominis Vranie, Suitie et Subsiluanis et vna Comuni de Blegnio perueniant. Saluo si occisus bannitus et proscriptus fuisset, nocte vel die in alterius domo cum occisoris vxore, sorore, filia vel matre in nefandis operibus vel alias inhoneste vt fur inuentus, tunc homicide nihil et nulla pena sequetur.

### **XXXIX. De possessione tenta per annos quinque et diem vnam.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona vallis Blegnii steterit in possessione quieta aliquorum bonorum per annos quinque et diem vnam, non perturbetur nec tradatur per aliquam personam a tali possessione sine Vicarii et Consulum iure sub pena trium lib., saluo si illa steterit extra vallem Blegnii per dictum tempus, propterea non perdit ibi suum ius.

### **XL. De possessione tenta pacifice per decem vel XX annos.**

Item statutum et ordinatum est, si aliqua persona vallis Blegnii steterit in possessione pacifica aliquorum bonorum irrequisita erga incolam vallis Blegnii decem annos et erga aduenam viginti annos, tali possessione illa persona permaneat, saluo quod hoc statutum non habeat locum contra minores, ecclesias, Comune et bannitos.

### **XLI. Quis succedat alicui defuncto in ciuilibus aliquibus filiis non relictis.**

Item statutum et ordinatum est, si aliqua persona vallis Blegnii sine legitimis pueris decederet, bona eius perueniant agnatis illius defuncti tantum ex linea paterna vsque ad quartum gradum inclusiue; et si ex linea paterna non essent aliqui parentes in quarto gradu, quod tunc succedant parentes ex linea materna vt ex linea paterna, prout ius disponit. Saluo si ille defunctus aliquod testamentum vel ordinamentum fecisset coram iudicio, quod hoc statutum non habeat locum.

### **XLII. De non accipiendo trabutum per Vicarium.**

Item statutum et ordinatum est,\* quod nullus Vicarius vallis Blegnii recipiat ab aliqua persona trabutum, munera vel dona causa ius rectificandi.

sol man in ewigklich verrüeffen by pen des lebens, dz ist haupt abschlachen, und sol alles sin gut verfallen sin zwen theil den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden und ein theil der Gmeind, es wer dan sach, das der erschlagen ein verruefter gesin were, by nacht oder tags funden wurde in eins hus oder hof, by sinem wyb, schwöster oder tochter oder mutter in schandtlichen werken oder sunst unerlich oder als ein dieb, den sol dem todtschleger nüt noch kein pen darnach gan.

### **39. Von rüewiger besitzung etlicher güeter V jar 1 tag.**

Item es ist ouch geornet, ob etware in dem thal Bollentz, der da hett in rüewiger besitzung etliche güeter fünf jar und ein tag, das den nieman sol davon trengen an recht des Vogts und der Räthen, by dry lib. buos, vorbehalten ob einer wer usswendig lands die selben zit gewesen, sol sin recht damit nit verloren haben.

Spätere Hand: luog cap. 221 ist erläutert.

### **40. Von rüewiger besitzung etlicher güetern X oder XX jar.**

Item ouch ist geornet, ob etwar were des genanten thals Bollentz, der da wer in rüewiger besitzung on ansprach etlicher güetern gegen einem inwoner des thals Bollentz zechen jar und gegen einem uslendischen zwenzig jar, der sol dan by solcher besitzung beliben, doch sol disse statuten die Gemeind, kilchen, kinder und die gebannten nit binden.

Spätere Hand: luog cap. 221.

### **41. Wem des gestorbnen on eekind gut gefalt.**

Item ouch ist gesetzt, ob etlich person des thals Bollentz on eliche kind abgieng, so sol sin gut heim vallen sinen fründen begrabnen allein vom veterlichen stammen herkomen untz uf das viert glid inbegriffenlich, und ob us veterlicher linien nieman da wer zu dem vierten glid, das alsdan gevallen sye denen von mietterlicher linien als denen us veterlichen stammen; hindangesetzt ob der gestorben etwas testamentz gemacht hette vor recht, das dan dis statut dawider nit sye.

### **42. Das kein Vogt sol nemen miet noch gaben.**

Item ouch ist geornet, das kein Vogt in Bollentz sol nemen weder miet, gaben noch schenkenen von nieman von rechtvertigung wegen gerichtshendel.

**XLIII. De non vendendo vinum ad minutum per Vicarium.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius vallis Blegnii non debeat facere vendere commestum vel vinum ad minutum sine speciali dicti Comunis licentia.

**XLIV. Quod dator emptori constitutionem faciat.**

Item statutum et ordinatum est, quod quilibet venditor siue dator emptori prestationem et cautionem facere debeat sub pena trium lib.

**XLV. Quod nemo maiores census quam de viginti den. vnum accipiat.**

Item statutum et ordinatum est, quod non aliqua persona in valle Blegnii magis pro censu quam de viginti den. vnum den. accipiat, et nullum pignus preemineat, sed absolutio in illo qui censum dat, stet, et absolutio cum censu et capitali bono pro tanta pecunia vt capitale bonum est, semper fiat, sub pena Dominorum trium Cantonum.

**XLVI. De non vendendo aliqua bona non sustinenti onera Comunis Blegnii.**

Item statutum et ordinatum est, quod nemo in valle Blegnii vendere debeat nec pignori dare nec aliquo modo contractare domos vel alia bona fixa alicui persone que non sustineat onera nec expensas Comunitatis, sub pena decem lib. et bonorum perditionis.

**XLVII. De pena appellantis notarium de aliqua carta falsa.**

Item statutum et ordinatum est, quod nullus homo appellet aliquem notarium pro faciendo aliquam cartam falsam, sub banno viginti lib., et notarius teneatur et debeat, vbi perscrutatus fuerit, denunciare et notificare Vicario illum qui ipsum appellauerit de dicta carta fienda, sub pena predicta.

**XLVIII. De pena danda et banno soluendo capientibus venientes in districtu vallis in offensionem Comunis seu Dominorum trium Cantonum.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona veniret in offensionem vallis Blegnii Comunis, suorum incolarum vel aliorum, Dominorum trium Cantonum pertinentium, illam personam vnusquisque habitans in dicta valle teneatur et debeat toto suo posse sacramento sub pena decem lib. capere inque Vicarii potestatem presentare; huic Vicarius decem lib. de here Comunis pro quolibet capto dandas efficiat vel

**43. Das ein Vogt nit sol wirt sin noch win verkoufen.**

Item es sol ouch kein Vogt im Bollentz wirt sin noch win by der mas verkoufen one urlob der Gemeind.

**44. Das ein verkäufer sol dem köufer fürstand thun.**

Item das ein jetlicher verkäufer dem köufer fürstand und werschaft sol thun by der buos dry pfund.

**45. Das nieman sol me zins nemen dan von XX den. ein den.**

Item das nieman in dem thal Bollentz sol me zins nemen dan von zwenzig dick ein dick, und sol kein pfand verschinen, besonder sol die ablosung an dem stan, der den zins git, und sol die ablosung mit zins und hauptgut beschehen alwegen um so vil geltz als das hauptgut ist, by straf der Herren von den dryen Orten.

**46. Das nieman sol ligend gut verkoufen noch versetzen einem, der nit helf tragen kosten.**

Item es ist ouch geornet, das nieman im thal Bollentz sol kein ligend gut, es sye hüser oder anders, keiner person verkoufen, versetzen noch ze pfand geben, die da nit helf tragen stür und allen kosten der Gemeind, by zechen lib. buos und verliering der güeter.

**47. Das nieman sol falsch brief angeben.**

Item es ist gesetzt, das nieman sol keinem schriber kein falschen brief angeben noch ze machen thun, by zwenzig pfund buos, und sol der schriber schuldig sin, wo er solchs innen wurd, dem Vogt denselben ze leiden by der selben buos.

**48. Ob etwar kem zu schedigen das thal Bollentz, der sol gevangen und dem Vogt geantwurt werden.**

Item es ist ouch geornet, ob jeman keme zu schedigen das thal Bollentz, ir inwoner oder der verwant wer den Herren von den dryen Orten, denselben oder die sol ein jetlicher person dem thal Bollentz by sim eid und by buos zechen pfund schuldig sin ze fachen, so fer das im möglich ist, und denselben dem Vogt in sinen gewalt antwurten; demselben sol der Vogt schaffen us des gemeinen lands sekel zechen



dari. Et qui sic vnum captum vel plures haberent et illos per pecuniam, amicitiam vel aliquam causam fraudolenter dimitterent, dent et soluant pro quolibet homine capto et non consignato pro banno centum libras.

#### **XLIX. De non dando auxilium exire volenti animo partis contrarie.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona habitans in districtu vallis Blegnii non debeat dare hospitium, cibum nec potum, auxilium, consilium nec iuuamen, de die nec de nocte, palam nec priuatim alicui qui exiret extra vallem animo partis contrarie predicti Comunis; qui contrafecerit, det et soluat pro banno Comunis libras decem qualibet vice qua contrafecisse repertum fuerit, cuius banni medietas sit dicti Comunis et alia medietas sit accusatoris predicti maleficii, et pena Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie spectat.

#### **L. De pena inuenti proditoris.**

Item statutum et ordinatum est, qui tunc in valle Blegnii proditor esse inuentus fuerit erga Dominorum trium Cantonum Comune in Blegnio vel erga vllam personam Dominorum trium Cantonum pertinentem, ille capietur et iudicii sententia quatuor in partes diuidatur, et ipsius bona in Superiorum manus perueniant.

#### **LI. De pena ostendentis bona aduersariis.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona vallis Blegnii debeat ostendere nec insignare aduersariis res aliquas siue mobiles siue immobiles; que contrafaceret, restituat damnum illi cui dicte res acciperentur, et cum hoc Dominorum trium Cantonum condemnationem expectet.

#### **LII. Quod quolibet vicinancia consignet offendentes aliquem etc.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis bannitus vel malefactor offenderet aliquam personam in valle Blegnii igne in here aut in persona, quod illa vicinancia, in qua esset factum maleficio, teneatur consignare illum malefactorem in virtute dictorum Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie vel Vicarii et Comunis predicti toto suo posse, et si hoc non fecerit, quod etiam teneatur ad restituendum totum illud damnum, quod deberet soluere ille malefactor qui offenderet aliquam personam ipse.



pfund für ein jetlichen gefangnen. Und welche also einen gefangenen hetten oder mehr, und die durch gelt, früntschafft oder ander sachen willen gefarlich gan liessen, die sollendt ze buos verfallen sin für jetliche person so sy hetten lassen gan, hundert pfund.

#### **49. Das man kein hilf sol thun einem so da zum widertheil gieng.**

Item es ist geornet, das kein person in den gebieten des thals wonende nit sol geben herberg, essen noch trinken, hilf, rath noch gunst, weder tags, nachts, heimlich noch offentlich einem der da gieng us dem thal zum widertheil der Gemeind, und welcher darwider thette, sol geben für die buos der Gemeind zechen pfund zu jedem mal, so dick er darwider than erfunden wird, welche buos halb gehört der Gemeind und der ander theil dem verklager des übeltheters, und sol der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden straf erwarten.

#### **50. Wer ein verräter funden wird.**

Item so ist geornet, wer der wer der funden wurde in Bollentz ein verräter sin an den Herren der dryen Orten, an der Gmeind in Bollentz oder an theiner person, so den Herren von den dryen Orten zu versprechen stat, den sol man fachen, mit urtel und recht gefierteilt werden, und sin gut sol der oberkeit vallen.

#### **51. Das nieman sol den vienden gut zeigen.**

Item welcher in dem thal Bollentz zeigte den vienden gut, es were ligentz old farentz, was das were, der sol dem geschadgoten sin schaden abtragen und darzu der Herren von den dryen Orten straf erwartet sin.

#### **52. Das ein gebanneter, so schaden thät, sol angeben werden.**

Item es ist gesetzt, ob etlicher gebanneter oder übeltheter jeman latzte oder schadgote us dem thal Bollentz mit für, an lib oder an gut, das dan die nachburschaft, do das ubel beschechen ist, schuldig sye den selben ubeltheter ze handhaben us gewalt der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden, des Vogts und der Gmeind, nach allem irem vermögen; welche das nit thetten, das sye dan schuldig syen allen schaden, so der ubeltheter schuldig were, der etwar geletzt hette, widerzekerem.

**LIII. Quod Consules curent cum vicinis suis vbi sunt banniti, per stremitam fiendam de campanis.**

Item statutum et ordinatum est, quod quilibet Consul vel vicinus, si Consul deesset, vallis Blegnii teneatur facere sonare campanas ad stremitam et currere cum vicinis vbi senserit esse aliquod maleficium factum aut vbi diceretur esse bannitos, latrones vel malefactores ad capiendum eos sub pena soldorum centum terz. pro quolibet Consule et pro quolibet vicino soldorum sexaginta.

**LIV. De non dando auxilium forensi venienti ad offendendum aliquem.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona daret auxilium vel iuuamen in dicta valle alicui forensi vel habitatori extra vallem, qui venerit in dictam vallem ad offendendum aliquem de ipsa valle in persona vel in here, soluat pro banno libras quinquaginta den. tert., cuius banni medietas Dominorum trium Cantonum et alia medietas Comuni predicto perueniat.

**LV. De non dando auxilium bannito et exclamando post ipsos etc.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona non debeat dare auxilium, consilium, fauorem nec iuuamen alicui bannito Communis Blegnii; qui contrafecerit, det et soluat Comuni pro banno libras viginti quinque tert. pro qualibet vice. Et qui viderit aliquem bannitum a dicto Comuni, teneatur et debeat per sacramentum exclamare auxilium alta voce et currere ad ipsum bannitum capiendum toto suo posse in virtute Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie, Vicarii et Communis, et qui contrafecerit, det et soluat dictum bannum vt supra pro qualibet vice.

**LVI. De non portando monetam falsam consignandoque portantes.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis fecerit monetam falsam in dicta valle ad expendendum et inuentus fuerit, capiatur, bona resque eius retineantur et condemnentur ad voluntatem Oratorum et Vicarii siue in persona siue here.

**LVII. De ratione reddenda de habere et bonis Communis.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius, Procuratores et Officiales Comunitatis dicte vallis teneantur per sacramentum facere et reddere rationem Comuni de omnibus

**53. Das ein jeder Consul oder nachbur schuldig si zu stürmen,  
so er schaden beschechen sin hört.**

Item es ist geornet, das ein jetlicher Consul oder nachbur, ob der Consul nit da wer, in dem thal Bollentz schuldig sy zu stürmen lassen und mit den nachburn laufen, wo er dan ein ubelthat oder schaden beschen sin wüsste oder wo da werent gebannet, mörder oder übeltheter, sy zu fachen; by buos hundert krützer terz. für jetlichen Consul, und für jetlichen nachpurn sechtzig krützer.

**54. Das nieman sol geben hilf einem uslendischen, der schaden  
thun welt in dem thal.**

Item ob etwar wer in dem thal Bollentz, der da geb hilf oder stür etlichem uslendischen oder woner usser dem thal, der da kem in das thal jeman des thals ze schedigen an lyb oder an gut, der sol bezalen ze buos fünfzig pfund tert., und sol das halb theil den Herren von den dryen Orten und der ander theil der Gemeind werden.

**55. Das nieman sol geben hilf eim gebanten, besonder den fachen.**

Item keiner in dem thal Bollentz sol geben hilf, rath, stür noch gunst einem der da wer verbannen oder verboten von dem thal Bollentz; welcher darwider thette, sol bezalen der Gmeind fünf und zwenzig pfund terz. zu jetlichem mal; und welcher seche ein gebanten oder verbotnen von der Gmeind, so ist er schuldig und sol by sinem eid hilf anrűefen mit lutter stim und laufen den gebanten ze fachen mit allem sinem verműgen us gewalt der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden, des Vogts und der Gmeind; wer darwider thette, sol die buos geben wie ob zu jedem mal.

**56. Das nieman sol falsch műntz tragen.**

Item welcher in dem thal funden wurde, der da trűege falsch műntz die er usgeben welt, der sol gefangen werden und sin gut behalten und nach erkantnus der botten und des Vogts darum an sinem lib oder gut gestraft werden.

**57. Wie der Vogt und ander Amptlűt sűnd all jar der Gemeind  
rechnung geben.**

Item ouch ist geornet, das der Vogt schuldig sye und all ander Amptlűt und sy der Vogt darzu zwing, das sy by ir eiden rechnung geben wellen der Gemeind von allen den

rebus quas Comuni predicto pertinere nouerint; et quod vnusquisque in ratione reddenda obligatus fuerit, illud teneatur Comuni infra mensem vnum proxime sequentem soluere.

#### **LVIII. Qui compelli debeant ad soluendum taleas Comunis.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius et Consules constringere possint et debeant quemlibet habitatorem vallis Blegnii, cuius bona ascendunt valorem librarum quindecim den. tert., ad soluendum taleas, fodra et expensas vallis, et si aliquis forensis steterit in valle predicta per annum et diem vnum, teneatur soluere fodrum et expensas Comunis predicti, et si Vicarius et Consules non constringerent vt supra, facta prius sibi denuntiatione per Procuratores dicte Comunitatis, quod et Vicarius et Consules teneantur ad omne damnum Comunitati soluendum.

#### **LIX. De mendanciis fiendis et soluendis in dicta valle.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla vicinancia, Consul seu vicini eiusdem vallis accipiat maiorem mendanciam ab aliquo vallerano nec extraneo de suis bestiis nisi tantum similiter quomodo faciunt suo propinquo vicino; qui contrarium fecerit, det et soluat pro banno libras tres tert. et Consul ipsius vicinantie solidos viginti tert. et hoc intelligatur in propriis diuisis.

#### **LX. De pena vendentium aliquam rem bis.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona vallis Blegnii vnam rem vel bonum, siue domus siue alie res essent, bis venderet et repertum fuerit, illa det et soluat Comuni pro banno lib. decem tert. et prima venditio valeat. Vicarius Consulesque ipsam personam capiant carceribusque teneant, donec secundo emptori in duplum restituerit, et insuper habeatur infamis.

#### **LXI. Que carta valeat, et quid pro sigillo Vicarius accipere debeat.**

Item statutum et ordinatum est, quod in antea nulla carta, siue testamentum sit siue alia, nisi Vicarii sigillo munita sit, vigorem habeat; similiter Vicarius nullas cartas ab extraneo notario scriptas et factas sigillo suo confirmet. Nullus etiam Vicarius pro vno sigillo plus quam vnum grossum accipiat et de vno vicariatu et pro sigillo duos grossos, pro testamenti sigillo duos grossos, et de sententiarum litteris pro sigillatione nihil accipere debeat.

güetern so sy wüssent der Gemeind zugehören, und was ein jeder schuldig blib in der rechnung, das sol er schuldig sin der Gemeind in monetz frist dem nechst zu bezalen.

#### **58. Wer da sol thell und costen des thals bezalen.**

Item es ist geornet, das der Vogt und die Räth zwingen mögen jetlichen in dem thal sitzend, der über fünfzechen pfund hat, ze bezalen tel und costen des thals, und ob ein frombder ein jar und ein tag in dem thal gesessen were, der ist schuldig ze bezalen kosten des thals, und ob der Vogt und die Räth sy nit bezwungen wie ob, so es inen verkündt wer durch die Amptlüt des thals, das dan der Vogt und die Räth schuldig sien der Gmeind allen schaden abzetragen.

#### **59. Wie man sol mendanz nemen.**

Item und das kein nachpurschaft, Consul oder nachpur des thals mer mendanz sol nemen von keinem thalman oder frömbden von irem vech dan wie sy thund iren nechsten nachpurn; wer darwider thette, sol zu buos geben dry pfund tert. und der Consul der nachpurschaft zwenzig β, und das sol verstanden werden in eignen getheilten güetern.

#### **60. Wer da güeter zwürend verkoufte.**

Item wer der were, der in dem thal Bollentz ein guot, es were hüser, veld oder anders, zwürend verkoufte, und das kuntlich wurde, der sol der Gemeind zu buos verfallen sin zechen pfund tert. und der erst mercht sol craft haben. Der Vogt und die Räth des thals sollend in fachen und in als lang gefenklich halten, bis er dem andern widerkert hab zwyfalt, und sol darüber verlündet sin.

#### **61. Welche brief kraft sollen haben, und was ein Vogt von einem sigel nemen sol.**

Item es ist ouch gesetzt und geornet, das nun fürohin kein brief, es sye testament oder ander brief, kraft haben sollend, sy siendt dan mit des Vogts insigel versiglet; derglichen sol ouch der Vogt kein brief siglen, der von einem uslendischen schriber gemacht oder geschriben sy. Es sol ouch ein Vogt von einem sigel nit me dan ein gros nemen, und von einer vogti und für das sigel zwen gros und von einem testament ze siglen zwen gros und von einer jetlichen urtel sol er nüt nemen ze siglen.

**LXII. Quid notarius de litteris scribendis pro salario accipere debeat.**

Item statutum et ordinatum est, quod notarius pro viciariatu scribendo duos grossos, de sententia coram banco iuris tres grossos, de vna carta emptionis, vbi infra centum florenos est seu sonat, quinque grossos, et si est super centum florenos, decem grossos pro mercede accipiat, et de testamento infra centum florenos sonante decem grossos, et quod supra fuerit, viginti grossos et non magis.

**LXIII. De talea soluenda.**

Item statutum et ordinatum est, quod quelibet talea que de cetero fiet et ponetur in dicta valle, solui debeat videlicet talea Dominorum trium Cantonum ordinariorum, solarium Vicarii et Ambasciatorum Comunis libere et expedite in denariis tantum, alia vero seu solarium aliorum soluantur in bonis et rebus; saluo si erit de concordia partium vtrarumque seu de mandato Dominorum trium Cantonum vel Comunis de Blegnio.

**LXIV. Quod donatio debeat fieri coram Vicario.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua donatio vel donum aliquarum rerum immobilium non possit nec debeat fieri per aliquam personam vallis predictae nisi coram Vicario et ad banchum iuris.

**LXV. Venditio per tutorem facta non valeat nisi coram Vicario.**

Item statutum et ordinatum est, quod quelibet carta per tutorem facta seu curatorem de rebus et bonis minorum non valeat nec teneat nisi coram Vicario vel Rectore facta fuerit et in ipsius Vicarii manibus iurauerit ipse tutor predictam fecisse venditionem pro bono, vtilitate et comodo dictorum minorum et pretium bonorum venditorum in proficuum ipsorum puerorum conuertisse.

**LXVI. Quod filia contra patris voluntatem non debeat se nubi, et si femina patre priuata extra vallem nupta fuerit.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua filia contra patris sui voluntatem extra vallem seu intra vallem se nuberet, pater eius eam dotare non tenetur. Si vero femina patre carens extra vallem se nuberet, bona sua vel res Vicario et Consulibus nescientibus sine etiam consanguineorum propinquorum voluntate vendere minime debet.



**62. Was ein schriber sol ze lon nemen von brif schriben.**

Item ouch ist geornet und gesetzt, das ein schriber sol nemen von einer vogti ze schriben zwen gros, von einer urtel vorm Rath oder am bank dry gros und von einem koufbrief, wo der under hundert guldi ist, fünf gros ze schriben, und was darob ist, zechen gros, und von einem testament was under hundert guldi ist, zechen gros, und was darob ist, zwenzig gros und nit mer.

**63. Wie man tell oder stür bezalen sol.**

Item ouch ist geornet, das ein jetlich tell oder stür, so nun forthin gemacht und gesetzt wird in dem thal Bollentz, sol bezahlt werden mit namen der Herren von den dryen Orten der ordinarien, der sold des Vogts und der Botten allein mit gelt, aber anders mit werschaft, vorbehalten mit überkomnus beider theilen, oder durch gebott der Herren von den dryen Orten oder der Gemeind von Bollentz.

**64. Wie hingebung der güeter sol beschechen vor dem Vicario und gericht.**

Item ouch ist gesetzt, das alle hingebung, gab oder schenki etlicher ligender güeter nit sol beschechen dan vor gericht und vor dem Vogt.

**65. Wie brief von einem vogt über siner vogtkinder gut gemacht nutzen sollen.**

Item es ist gesetzt, das jetlicher brief durch die vögt gemacht von güeter wegen ir vogtkinden unkreflig und unnütz sin sollen, er sy dan gemacht vor dem Landvogt oder Richter, und das derselben kinden vogt in des Richters hand lob oder schwer, solch verkoufung nit gethan haben dan von nutz und frommen wegen siner vogtkinden, und dasselbig angeleidt haben zu irem nutz.

**66. Ob ein dochter wider irn vatter mannete, und ein frow, die nit vatter hat, us dem land mannet.**

Item und ob ein dochter wider ires vatters willen mannete vom land oder im land, da sol der vatter nit schuldig sin sy uszestüren. Ob aber ein frouw, die nit ein vatter hat, und vom land mannet, die sol doch ir guot nit verkoufen an eines Vogts und der Räthen wüssen und der nechsten fründen willen.



**LXVII. Quod pater non teneatur dare partem patrimonii sui filio suo.**

Item statutum et ordinatum est, quod pater non teneatur diuidere bona sua filio suo, si pater sufficiens videtur ad ea custodienda, ita quod cum eo filius pati possit in laude vicinorum suorum.

**LXVIII. De successionibus peruentis in extraneam personam.**

Item statutum et ordinatum est, quod si successio aliquorum bonorum in valle Blegnii perueniret extraneis personis in valle non morantibus, talis persona, cui hereditas secuta est, teneatur substancialiter in defuncti domo morari ibique vt alius vicinus pro posse suo focum et lumen tenere; si id facere negaret, tunc talis persona teneatur dare et vendere illa bona parentibus propinquioribus dicti defuncti, si emere velint et eorum posse esset, pro quarto minoris pretii quam non extimarentur per iuratos vicinancie vbi ipsa bona essent, et si talis propinquus illa bona emere noluerit aut non possit, venditor siue heres talia bona defuncti alteri vallerano de Blegnio, vbi plurimum soluere existimat, vendere possit, saluo quod si vicinus vicinancie dicti defuncti vbi bona iacent non agnatus existens defuncto emere velit, ille pre omnibus illa bona habere potest simili pretio quo alter valleranus, et hoc sub pena bonorum dictorum amissionis.

**LXIX. De non se inuestiendo de aliquibus proprietatibus ab extraneis nec ab eis accipiendo ad fictum aliqua bona.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona de Blegnio possit nec debeat tenere laborare ad feudum vel fictum accipere aliquas terras, bona vel habitacula vallis huius de persona onus expensasque vallis et Comunitatis non portante. Etiam nulla persona predictae vallis possit nec debeat dare vel mittere pro censu vel ad feudum nec villo alio modo aliquem forensem inuestire vel locare supra res immobiles, sub pena decem librarum Comuni soluendarum, reseruato cum consensu et voluntate Vicarii et Comunis.

**LXX. Quod presbyter non debeat intrare super aliquam proprietatem.**

Item statutum et ordinatum est, quod vbi supra bona propria ad aliquid dandum ecclesie vel presbytero iudicatum fuerit, ecclesia vel presbyter talis non possit trahere nec accipere

**67. Ob ein vatter schuldig sy ze theilen mit sinem sun.**

Item es ist ouch gesetzt, das ein vatter nit schuldig sye mit sinem sun ze theilen, die wil der vatter genugsam sy zu schalten und zu walten und die wil es der sun by im erzügen möge, das biderbe lüt bedunkt fuoglich sin das er es wol erzügen möge.

**68. Von besitzung der güeter so vom land in erbwys fielend.**

Item es ist geornet, ob etwas erbfals viele in dem thal Bollentz frömden die nit in dem thal wonhaft werint, das dan dieselb person, so solch gut ererbt hett, schuldig sie, in des gestorbnen hus heblich ze sind, für und liecht da behalten als ein ander nachbur nach sinem vermögen; ob er das nit thun welt, das er dan schuldig sye dieselben güeter ze verkoufen den nechsten fründen des gestorbnen, ob sy es wellen oder vermögen ze koufen, und des fiertentheils necher dan die güeter geschetzt werden durch die geschwornen der nachburschaft, da dan die güeter sind. Ob aber dieselbigen sin fründ solch gut nit welten koufen oder vermochten, das dan der, der solch gut ererbt hat, möge dasselb gut verkoufen und zu koufen geben einem andern ingesessnen landman von Bollentz, da er dan gedenkt allermeist gelosen mög, doch vorbehalten ob derselbigen nachbur keiner, da die güeter liegend, ob er nit ouch ein fründ des gestorbnen were, der dasselb gut möge haben in dem kouf, wie er das anderschwa verkouft hett, und das by verliering der güeter.

**69. Das nieman sol um zins noch zu lechen empfachen güeter von einem frömbden noch also güeter einem frömbden um zins lassen oder versetzen.**

Item es ist gesetzt, das nieman von Bollentz mög noch solle halten noch arbeiten noch zu lechen empfachen etlich ertrich, guot oder husung, das da ist in dem thal, von keiner person die nit trag burdi und expens des thals und der Gemeind, und ouch kein person des thals mag geben noch lassen um zins noch zu lechen noch in kein weg einen frömden investieren und ufsetzen uf ligent gut by zeichen lib. huos tert. der Gemeind ze bezalen, doch vorbehalten mit gunst und willen des Vogts und der Gemeind.

**70. Das kilchen oder priester sich sond benüegen an zinsen.**

Item es ist gesetzt, wo da eigne güeter werent, darauf etwas geschlagen wer zugehorende der kilchen oder dem priester, das dan dieselbig kilch oder priester nit mögen dieselben güeter

ipsa propria bona in manus suas, nisi tales redditus tribus annis continue iunctis priuati et non dati fuerint, tunc ecclesia siue presbyter illa bona accipere potest taliaque ipsis deueniant; si vero dantur redditus, illis tam ecclesia quam presbyter contentari debet.

**LXXI. De nolentibus laboris mercedem soluere vel alia vt supra.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis alteri laboris mercedem, vegiaticum, antiquos census vel precariam teneretur et horum immemor et negans esset, ille octo dierum terminum habeat ad id notificandum; vbi hoc minus faceret, Vicarius eum compellat vt alterum in ipsius die tempore exsoluat.

**LXXII. Quod fundus a possessore tractari debeat et haberi.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis in valle Blegnii haberet fundum vel bonum in heredis modo concessum de aliquo, supra quod scriptis confirmatus esset, et tamen tribus annis et vno die censum quo de fundo obligatur non soluerit, vel aliquid de bonis talibus alienasset sine speciali commissione domini cuius propria sunt bona, quod fundanus ille fundum perdiderit et literalis confirmatio anihiletur; vltorius et dicta bona a fundano illice deserantur et domino collatori sequantur vna cum expensarum damnorumque solutione, que dominus de eo propter fundum habuisset, sine omni contradictione et protectione.

**LXXIII. Quelibet mercancia debeat duci per logieria.**

Item statutum et ordinatum est, quod quelibet mercantia in predicta valle debeat duci per logieria vt moris est; qui contrafecerit, vecturam perdiderit, que vectura perueniat illi qui duxisse debeat, dum defectus non fuerit suus.

**LXXIV. Concubina alicuius sacerdotis perdat dotem et bona sua.**

Item statutum et ordinatum est, quod non aliqua mulier vallis Blegnii nupta viro de cetero stare nec morari debeat cum presbitero pro famula, sub pena perditionis dotis et aliorum bonorum, que bona marito suo vel pueris legitimis succedant; illis si careret, parentibus propinquioribus.

zu iren handen ziechen und nemen, sonder sollend sy sich lassen benüegen des zins, so von recht darab gat, er sy dan in dry jaren an andren nach nit bezalt, den so mag er oder die kilch zu dem gut grifen und sol inen das verfallen sin.

**71. Wen einer schuldig wer libding und das nit geben oder usrichten welt.**

Item wen einer eim lidlon oder pfrund, verlegen zins oder libding schuldig wer und im dero nit gichtig were, der sol nit me dan acht tag zil han das uszebringen; wo er das nit thuot, so sol in der Vogt zwingen, das er in by derselben tagzit bezale.

**72. Ob einer nit usrichte zins um erblechen in dry jaren oder davon etwas endfrömdet, hat er das verloren.**

Item es ist gesetzt, ob etlicher des thals Bollentz hette erblechen von jemants, uf die er geschriftlichen bestedt wer, und aber in dry jaren und einen tag nechst einander nach volgent den zins nie bezalt hette, so er von wegen des lechens schuldig wer, oder etwas entfrömdet von den güetern der genannten lechenschaft one besonder erlobung des herren, so die lechengüeter eigen sind, das dan der lechenman das lechen verloren hat und die geschriftlich bestettigung fürohin ab und unnutz sy, und die genannten lechengüeter von stund an von dem lechenman dem lechenherrn verlassen werden sollent mit sampt der bezalung kosten und schaden, so der lechenherr von im us ursach des lechens empfangen hab, on all widerred und schirme.

**73. Wie man koufmansgut füeren sol.**

Item alle koufmanschaft sol in dem genannten thal gefüert werden durch die theiler, als dan gewonheit ist; welcher darwider thet, der kompt um sin fuerlon, welcher lon dem werden sol, der es gefüert solt haben oder im ze füeren gezogen hett, so ver und er an der fuorung nit sumig sy geworden.

**74. Das kein eefrouw sol sin by einem priester.**

Item kein frouw des thals, so ein man hat, sol fürohin by einem priester nit sin; ob sy es aber nit thet, sol sy ir heimstür und irs gut verschalten sin, welches gut irem elichen man oder irn elichen kinden gefallen sin, ob sy die nit hat, ir nechsten fründen.

**LXXV. Quando aliquis munus vel dotem exigere debeat.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona vallis huius exigere nec petere debeat munus vel dotalicium nisi solummodo per menses Nouembris et Decembris et non aliquo alio tempore.

**LXXVI. Quilibet forensis habens cartam obligationis debeat sequi ius suum infra annos decem.**

Item statutum et ordinatum est, quod quilibet forensis habens de aliqua persona vallis debiti vel pro debito cartam, debeat sequi iura sua petendo et exigendo et totum illud in carta comprehensum in decem annis proxime sequentibus post terminum predictae cartae debiti, quoniam illi anni cum elapsi fuerint, instrumentum et omne contentum in ipso anihilatur et nullius valoris est, etiam a nullo Rectore huius vallis audiatur. Hoc statutum non ligat valleranos.

**LXXVII. Quilibet debitum cum expensis exigere possit.**

Item statutum et ordinatum est, quod quilibet habens debitores in valle possit postulare et exigere suum debitum vna cum expensis et damno habitis quam multum sibi iure dinoscitur.

**LXXVIII. De non pascendo vaccas extra alpes tempore mensurandi lac et de non comedendo carnes in alpihus.**

Item statutum et ordinatum est, quod nullus pecoris custos aliquarum alpium debeat nec possit conducere vaccas alicuius bogie ad aliqua alia extra alpes pascua tempore mensurandi lac, sub pena trium lib. De cetero etiam nullus casarius nec alius pastor comedat carnes in alpihus sub pena predicta.

**LXXIX. Quod alpes saluari et cargari debeant.**

Item statutum et ordinatum est, quod quelibet alpes in valle site debeant saluari a festo diui Columbani decimo octauo die Junii vsque ad sancti Petri diem proxime secuturum, lapso festo die sequenti proximo alpes iterum cargare debeant, sic quod cargate maneant vsque ad Septembrem vt moris est predictae vallis et vicinanciarum eiusdem, sub pena cuilibet contrafacienti viginti quinque solidorum fiendorum valli dicte et restituatur damnum in duplo.

**LXXX. De pena frangentis bogiam.**

Item statutum et ordinatum est, quod non aliqua persona vallis Blegnii debeat destruere aliquam bogiam nec etiam

**75. Wen man gab und heimstür sol inzüchen.**

Item es sol ouch nieman des thals höuschen noch inziechen gab oder heimstür dan allein im November und December, sonst niemer.

**76. Das ein fromder sol sinen schuldbriefen nachgan in zechen jaren.**

Item ein jetlicher frömder, der da von etlichen personen des thals ein schuldbrief hat, sol sinen rechten nachgan mit höuschen, inziechen und allem dem so im brief begriffen ist, in den zechen nechst komenden jaren nach dem zil des genannten schuldbriefs, dan so sich die jar verlossen hand, ist das instrument und alles darin begriffen nüt mer wert und sol mit ine von keinem Vogt oder Rector des thals gehört werden. Dis statut bint nit die thallüt.

**77. Ein jeder mag sin schuld mit dem costen inziechen.**

Item ein jeder der da schuldner in dem thal Bollentz hat, sin schuld mag inziechen mit sampt dem erlittnen costen und schaden als vil im dan rechtlich erkent wirt.

**78. Das kein hirt sol us der alp weiden so man die milch misset, noch fleisch darin sol essen.**

Item es ist geornet, das kein hirt so da hüetet des vechs uf der alp, nit sol noch mag die küe triben in ander weid usserthalb der alp in der zit so man die milch misset, by buos dry pfund; hinfüro sol ouch kein senn noch kein hirt in noch uf den alpen fleysch essen by obgemelter buos.

**79. Wie man die alpen schirmen und laden sol.**

Item ein jedlich alp im thal Bollentz gelegen sol beschirmet werden von dem tag sant Columbani der ist am achtzechenden Brachet bis zu sant Peterstag nechst komend, und uf den nechsten tag darnach sol man die alpen wider laden und sollend also geladen bliben bis zu dem ersten Herbstmonet als gewon ist in dem genannten thal und irn nachpurschaften by buos fünfundzwenzig  $\beta$  eins jeden so dar wider thet, sol werden dem genannten thal, und der gestraft sol widerlegen zweyfalt den schaden.

**80. Das nieman sol senten brechen noch vech darvon nemen.**

Item ist ouch geornet, das nieman in dem thal Bollentz sol zerbrechen bogien oder senten, ouch weder gross noch



grossas nec minutas bestias cargare alpium de lacte accipere, mulgere vel extrahere alicui bogie presumat sine speciali regulatoris licentia vel vicinorum, sub pena trium lib. Comuni restituendo damnum in duplo.

**LXXXI. Quando bogie aliene per vallem ducuntur.**

Item statutum et ordinatum est, si quando bogie aliene siue grossarum siue minutarum bestiarum per vallem in alpes ducantur, hii qui ipsam bogiam ducunt, debeant dare Vicario pro censu centum solidos tert.; cum hoc damnum propriis est rebus illatum ab ipsis ducentibus vel ductoribus, Consulibus vicinanciarum et vicinis soluant et restituant.

**LXXXII. De non accipiendo vinum vel mustum ex vasis.**

Item statutum et ordinatum est, quod non aliqua persona fraudolenter accipere debeat suis ex vasis vinum vel mustum et postea alteri feces dare velit, sub pena trium lib. Comuni, et damnum habenti restituatur in duplo.

**LXXXIII. De non ponendo aquam vino vel vuīs.**

Item statutum et ordinatum est, quod quicumque fraudolenter aquam vino vel vuīs infunderet, quibus debita soluere vellet vel soluerit vel alias vendiderit quodquod fuerit, qualibet vice quociens fit det et soluat Comuni pro banno decem lib. et damnum habenti restituat in duplo.

**LXXXIV. De non plantando arbores penes proprietatem alterius.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona vallis Blegnii possit nec debeat plantare vel inserere aliquas arbores, plantas vel alia plantatione indigentia penes alterius domum, stallum, agrum vel vineam contra eius voluntatem per spacium decem spaciorum (sic) et penes pratum quinque spaciorum, sub pena trium lib. et incisione fauore Vicarii.

**LXXXV. De non conducendo bestias egras cum sanis.**

Item statutum et ordinatum est, quod nemo in dicta valle bestias egras cum sanis habeat sub pena quinque lib. Comuni et restituatur damnum in duplo.

**LXXXVI. Nullus Consul in sua vicinancia a libris quinque supra teneat ius.**

Item statutum et ordinatum est, quod nullus Consul in sua vicinancia iudicare possit a libris quinque supra sub pena



klein vech irer alpen weder milch nemen oder melchen noch usziehen von der senten on erlobung des regierers des senten oder der nachburn, by dry pfund buos der Gemeind, und den schaden zweyfalt widerleggen.

**81. Wer frömd senten durch das thal füert.**

Item ouch ist geornet, wan frömd senten durch das thal zugefüert werden den alpen, es sye gross oder klein vich, so sönd sy gen dem Vogt zu zins hundert  $\beta$  tert. und daby bezalind den schaden, so sy in den eignen güetern theten, den Consuln der nachpurschaften und nachpurn denselben so der schaden beschechen war.

**82. Nieman sol nemen win oder most us sin fass.**

Item ouch ist geornet, das keiner sol nemen us sinem vass wyn oder most, das er darnach einem andern hepf geben wel, by buos dry lib. der Gemeind, und sol dem schuldner den schaden zwyfalt wider keren.

**83. Wer wasser in win oder truben thett.**

Item es ist ouch gesetzt, wer der wer der gefarlich in truben oder win wasser thette und damit etwan schulden bezalen welt oder bezalt hette oder in verkouft hett, es wer wenig oder vil, sol zu jedem mal, so dick das beschicht, der Gemeind ze buos verfallen sin zechen pfund und sol dem sin schaden zweyfalt abtragen.

**84.**

Fehlt.

**85. Das nieman sol krank vich by gesundem han.**

Item das nieman sol krank vech by gesundem vech han, by buos fünf pfund und der Gemeind, und den schaden zwyfalt widerkern.

**86. Kein Consul in siner nachpurschaft sol nit richten was über fünf pfund ist.**

Item es ist ouch gesetzt, das kein Consul in siner nachburschaft möge richten was über fünf lib. ist, by zechen lib.

cuilibet contrafacienti decem librarum Comuni, attamen de extimis et mendanciis sue vicinancie vt moris est procedere possit.

**LXXXVII. De non ducendo aquas per stratas publicas.**

Item statutum et ordinatum est, quod nemo in valle ducere debeat nec efficiat aquas in stratas publicas nullo tempore, sub pena trium lib. qualibet vice Comuni.

**LXXXVIII. Si quis acciperet ferrum de pede equi alterius.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis de pede equi alterius ferrum auelleret vel acciperet, ille pro fure habeatur et secundum demerita vt Consulibus visum est condemnatur.

**LXXXIX. De non accipiendo ligna de calastra.**

Item statutum et ordinatum est, quod nemo accipere debeat ligna de calastra alterius, et id occulte vel priuatim qui fecerit, sibi pro furto reputetur; si vero manifeste presumptuose, Vicarius et Consules secundum demerita eum condemnent.

**XC. De non accipiendo ligna de rescana.**

Item statutum et ordinatum est, quod quicumque surriperet ligna de rescana que alter collegerit, ille furatus est et pro tali crimine a Vicario et Consulibus condemnatur.

**XCI. Quod carcerati debeant se nutrire de suo proprio.**

Item statutum et ordinatum est, quod si qua persona incarceretur, illi alimentum dari Vicarius sinat vt res propter quam capta est postulat, et quisque captus quotidie quattuor solidos pro custodia det.

**XCII. Nullus processus criminalis impunitus remoretur.**

Item statutum et ordinatum est, quod nullus processus condemnatione dignus per annos prolongari debeat, sed quilibet semper ad eius demerita condemnatur.

**XCIII. De non procedendo de non specificatis in statutis.**

Item statutum et ordinatum est, si quando aliquis casus, de quo nullum locatum esset statutum, accideret, tunc super eo Dominorum trium Cantonum consuetudines et dicte vallis obseruentur.

buos einem jeden der dawider thet, der Gemeind; doch so mag er die buossen oder mendanzen inziechen das ornen nach ir gewonheit.

**87. Nieman sol wasser leiten durch gemein strassen.**

Item es ist gesetzt, das nieman sol leiten noch ze leiten schaffen das wasser durch die offnen strassen zu keinen zyten, by dry pfund buos zu jetlichem mal der Gemeind.

**88. Wer einem andern sim ross die isen abbrech.**

Item ob einer dem andern sim ross die isen abbrech, der sol für ein dieb gehalten werden, und sol an den rechten stan in zu strafen nach sinem verdienen.

**89. Nieman sol dem andern sin holz ab den histen nemen.**

Item das nieman sol dem andern sin holz ab den histen nemen; wer das heimlich thett, dem sol es für ein diebstal gerechnet werden; thuot er es offentlich und frefenlich, sol in der Vogt und die Ræth strafen nach sinem verdienen.

**90. Wer einem holz ab eim hufen nem.**

Item wer der wer, der holz ab einem hufen nem, das ein ander zesamen geleit hett, der sol es verstolen han und darum von eim Vogt und den Ræthen gestraft werden.

**91. Das einer person gefangen der Vogt lass essen und trinken gen.**

Item es ist ouch gesetzt und geornet, ob ein person gefangen wurd, dero sol der Vogt lassen essen und trinken gen nach gestalt der sach, darum sy dan gefangen ist, und sol der gefangen alltag fier  $\beta$  ze hûeten geben.

**92. Das kein straf und sach sol variaren.**

Item es ist ouch gesetzt, das kein sach, die strafwirdig ist, sol verjaren, besonder jetlicher alweg gestraft sol werden nach sinem verdienen.

**93. Wen ein sach keme, davon kein statuten hie wern.**

Item ob etwan ein sach kem, von dero kein statut in disem buoch gesetzt were, das dan darüber die gewonheiten der Herren von den dryen Orten und des guten thals gebrucht sünd werden.

**XCIV. Omne testamentum coram iudicio fieri debeat.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona, siue vir siue femina, spiritualis siue secularis sit, debeat facere testamentum nisi coram iudicio, et vbi in posterum aliter fieret, sine vigore sit, saluo si quis in mortis lectulo pro sue anime salute ad ecclesias vel ad alia quid legare, ordinare vel dare voluerit, hoc licite facere valeat et possit, vt res sue exposcunt vel secundum quod tales acquisitus fuerit. Si vero quis aliquid illicitum legaret, illud Vicarius et Consules minuere possunt secundum rei qualitatem.

**XCV. Quod nullus non legitime natus possit sequi hereditatem.**

Item statutum et ordinatum est, quod nullus puer natus ex parentibus non matrimonialiter iunctis possit nec debeat hereditare nisi solummodo matrem et ipse pro herede factus sit.

**XCVI. Quod aliquis suos pueros non legitimos heredes facere possit vel ipsis aliquid decenter ordinare.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis spiritualis siue secularis non aliquos legitimos pueros haberet, possit et valeat suos pueros non matrimonialiter natos heredes facere vel ipsis ad placitum suum aliquid ordinare. Si vero vtrosque haberet, illegitimos vna cum legitimis heredes facere possit, si id voluerit; sed ipsis non legitime natis alias aliquid ordinare velit, id possit decenter peragere, si tales in valle sint.

**XCVII. Quod puer non legitime natus matris hereditatem sequi possit.**

Item statutum et ordinatum est, quod quilibet puer illegitimus possit sequi hereditatem matris sue, siue ipsa mater legitimos habeat siue ne.

**XCVIII. Quod aliquis filios non legitime natos cum filiabus legitimis heredes facere potest vel possit.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis legitimas filias et non legitimos filios haberet, ille filios non legitime natos, si quos habet, cum filiabus legitimis heredes facere possit, et si ipsis vltra et magis facere velit, illud coram Vicario et Consulibus efficere possit, saluo quod hoc licite et secundum suorum bonorum possibilitatem fiat.

**94. Alle testament sünd vor gericht gemacht werden.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman, wer joch der sy, sy frouw oder man, geistlich oder weltlich, kein testament sol machen dan vor gericht, und wo es nu fürhin beschech, so sol das testament kraftlos sin; doch vorbehalten ob einer im todbett etwas welte durch siner seel heil willen machen an kilchen oder anderschwahin, das er das wol thun möge zimlich nach gestalt sins guts und nach dem und er gut gewonnen habe. Ob aber einer machte das nit zimlich wer, so sol es an eim Vogt und den Räthen stan das ze mindern nach gestalt der sach.

**95. Das kein unelicher moge erben, usgenommen etc.**

Item es ist gesetzt, das kein unelicher oder unelich kind im thal Bollentz sol noch möge erben, usgenommen die mutter, es werde dan zu erben gemacht.

**96. Das einer sin unelich kind mag zu erben machen oder inen sunst etwas machen zimlich.**

Item es ist geornet, ob einer, er sy geistlich oder weltlich, nit eliche kint hat, das der dan möge sin unelich kind zu erben machen oder inen etwas thun nach sinem gefallen. Hette er aber eliche und uneliche kinder, das er nu die uneliche mit sampt den elichen möge zu erben machen; ob aber einer sin uneliche kint nit welt zu erben machen und inen sonst etwan ornen, das er das thun möge, so ver und sy im land sind, zimlich.

**97. Das ein jetlich unelich kind mag sin mutter erben.**

Item es ist gesetzt, das ein jetlich unelich kind sin mutter möge erben, sy habe eliche kind oder nit.

**98. Das einer mög unelich sün mit elichen töchtern zu erben machen.**

Item ouch ist geornet, ob einer elich döchtern hette und nit elich sün, und aber unelich sün hette, das er die mög mit elichen döchtern zu erben machen, und ob er inen etwas gern me thun welt, das er das vor dem Vogt und den Räthen ouch thun möge, doch das dasselbig zimlich sy, nach vermögenlichkeit sins gutz.

**XCIX. Quod quilibet suos pueros tam legitimos quam non legitimos educare teneatur et suo ex bono educentur.**

Item statutum et ordinatum est, quod quilibet pueros suos legitimos et non legitimos educare teneatur et post suum obitum pueri non legitime nati suo ex bono educentur donec ipsi alimentum acquirere potuerint.

**C. Si quis obiret non aliquibus pueris relictis, quibus res sue relictæ succedant.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis in valle Blegnii nullis relictis pueris obiret, res siue bona sua germanis et sororibus suis relictæ succedant ex patris linea legitime procedentibus, saluo si ipse nepotes, id est fratris vel sororis pueros haberet, quod illos loco patris eorum heredes facere possit.

**CI. Si quis notario falso scripsisse dixerit.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis notario falso scripsisse dixerit, illum notarius accusare possit, et si illud super eum in lucem proferre nequierit, habeat notarium excusatum et excusare debeat, cum hoc quinque libr. pro pena det et soluat. Si vero de notario id in lucem vere prolatum fuerit, notarius talis a Dominis Vranie, Suitie et Subsiluanie, Vicario et Consilio Credentie ad eius demerita condemnetur.

**CII. De pena frangentis gradus, aquarum ductus molendini, le stampe etc.**

Item statutum et ordinatum est, quod quecumque persona vallis Blegnii destrueret aliquos gradus vel aquarum ductus molendini, tipane vel stampe contra voluntatem eius cuius est, det et soluat Comuni pro pena lib. tres qualibet vice quando Vicario vel officialibus dictum fuerit, et damnum habenti in duplo restituat.

**CIII. Quod limites siue termini non deponantur.**

Item statutum et ordinatum est, quod limites siue termini per iuratos ad hoc constitutos et ab vtraque parte electos positi in eternum maneant et esse debeant nec ab altera parte deponantur, sed sic firmiter stent; qui contrafecerit, ille persona rebusque ad noticiam et voluntatem Dominorum trium Cantonum, Vicarii et Consulū vallis condemnetur.



**99. Das ein jeder sol sin elich und unelich kind erziehen, und erzogen us sinem gut sünd werden.**

Item es ist gesetzt, das einer jeder sin elich und unelich kind schuldig sy ze erziehen, und nach sinem tod sollend sin uneliche kind us sinem gut erzogen werden, bis sy muos und brot gewünnen mögen.

**100. Ob einer on kind sturb, sol sin gut an bruder und schwöster fallen oder an ir kinder, ob er will.**

Item es ist geornet, ob einer im thal Bollentz sturbe, der nit kind hett, da sol sin gut an sin bruder und schwöstern vallen, die vatterhalb bruder oder schwöstern sind elich; ouch ist im vorbehalten, ob er bruder oder schwöster kind hab, das er die mög zu erben machen an irer vatter statt.<sup>1)</sup>

**101. Wer einem notari zuredt in falsch geschriben haben.**

Item es ist gesetzt, welcher einem notarien zuredt, das er falsch geschriben habe, den mag der notari fürnemen; mag er solchs nit zu im bringen, sol er in entschuldigen und darzu fünf pfund ze buos geben; wurd aber sollichs zu dem schriber bracht, der sol dan von den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden nid dem Wald, dem Vogt und den Räthen gestraft werden nach sinem verdienen.

**102. Wer zerbrech staffel, wasserleitinen einer müli, stampf oder rollen, was die buos sy.**

Item es ist geornet, wer der were der in dem thal Bollentz zerbreche etlicher staffel, stegen oder wasserleitinen einer mülli, stampf oder röllen, wider den willen des es ist, sol zu jetlichem mal der Gemeind dry pfund zu buos geben, wen das gesagt wird dem Vogt oder Amptluten, und sol dem sin schaden zweyfalt wider geben.

**103. Das die marchen und marchstein sollend bliben.**

Item es ist geornet, das die marchen oder marchstein durch die geschworen darzu gesetzt und von beiden teilen erwelt darnach ewiklich syent und sin sollent, und nit dannen gethan werden durch kein theil, besonder also bestendig bliben. Wer darwider thet, sol an lyb und gut gestraft werden nach erkantnus der Herren von den dryen Orten, des Vogts und der Räthen des thals Bollentz.

---

<sup>1)</sup> Vergl. cap. 197 und 203 nebst Eidg. Absch. IV 2 S. 1295 Art. 16 (Abschied von 1557).



**CIV. De mercede molitori soluenda.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona de molendino recederet et non soluerit molitori mercedem, det et soluat Comuni pro banno viginti solidos qualibet vice, vbi Vicario vel Consulibus notum fuerit.

**CV. De edificatione comuni aptanda ratificanda.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona Comunis Blegnii habens domum, tectum, canepam, stallum, molendinum vel aliam rem edificatione indigentem comunem cum aliqua alia persona vel personis, possit hoc ipsis denuntiare, et talis persona cui denuntiatur fuerit, habeat terminum per vnum annum se ad edificandum parare interim. Si vero edificare noluerit vt supra, teneatur et debeat hoc vendere vel cambio dare vni alteri. Si autem in parte vel parua quantitate est aptandum, habeat terminum per vnum mensem vel vendat in laude bonorum virorum comunium amicorum.

**CVI. De non faciendo mercata dominica die.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona vallis Blegnii debeat emere nec vendere dominicis diebus, bestias nec alia venalia ad forum ducat, sub pena decem lib., cuius pene tertia pars Dominis Vranie, Suitie et Subsiluanie, altera pars Comuni, vltima pars accusatori perueniat.

**CVII. Quando pro discordiis ad sequestres venitur.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqui homines inter se discordias vel certamen haberent, et pro talibus discordiis ad acconciliatores deuenierint, illi reconciliatores pro tali discordia siue questione amice recteque iudicare et sententiarum debeant, testimonium examinare et si opus est sacramentum testibus per partes productis dare, quod Vicarius siue ille cui causam loco suo commiserit, dare debeat; audito testimonio de dicta questione sententiam prout eis de iure videbitur, pronuncient, et talis sententia firma maneat, nisi adeo indecens esset, tunc vnus questionem dictam iterum coram iure tractare possit et id faciat ad proximum ius quod ab Oratoribus Vranie, Suitie et Subsiluanie, Vicario et Credencialibus vallis Blegnii habebitur; si id facere noluerit, cum sententia prolata maneat. Si vero tales arbitri siue sequestres vnire et sequestrare partes non possint, tunc Vicarius superior sit vbi questio magna est; si vero parua, causam alteri loco

**104. Das ein jeder den müllerlon sol geben.**

Item wer von der mülli hinweg gieng und den müllylon nit geben hett, sol der Gemeind ze buos geben zu jetlichem mal zwenzig schillig, wo es dem Vogt oder den Räthen kunt gethan wird.

**105. Wen etwan gemein zweyen oder mehr buwens bedörft.**

Item es ist geornet, ob jemand wer in dem thal Bollentz, der da hett hüser, keller, gedmer, müllinen oder anders, das da buwens notturftig wer, die mit einem andern gemein werind, so mag derselbig inen das verkünden, demnach sollend sy ein jar zil han und sich in dem zyt rüsten ze buwen. Ob aber einer nit buwen wil, sol das eim ze koufen geben oder aber abwechslen. Were aber etwas kleins ze buwen, das sol einer in monatsfrist thun, abwechslen oder ze koufen geben nach biderber lüten erkantnus.

**106. Das nieman sol koufen noch verkoufen am sonntag.**

Item es ist geornet und gesetzt, das kein person des thals Bollentz sol koufen noch verkoufen uf keinen sonntag noch keinerlei vech noch anders ze mercht füeren by buos zechen pfund, welche buos zugehort ein drytteil den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden, ein drytteil der Gemeind zu Bollentz und ein drytteil dem verleider.

**107. Wen man um stös uf schidlüt kompt.**

Item es ist geornet und gesetzt, wo sach wer, das lüt zu stös kemen und des uf schidlüt kemen, das dan die selben schidlüt um den stös sollend gütlich oder rechtlich richten, kuntschaft horn und ob es not sy eid zu geben, das die der Vogt oder dem ers befilcht solle geben, und nach dem und sie die kuntschaft gehort hand, sollend sy die sach ussprechen, und wie sy die ussprechen, daby sol es dan beliben, es wer dan sach, das der spruch so unzimlich were, das einer dan moge die sach widerumb mit recht fürnemen, und solchs sol er thun bis zum nechsten Rath, der von den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden nid dem Wald Botten, dem Vogt und den Räthen des thals Bollentz gehalten wird; wo einer das nit thut, sol einer by dem spruch beliben. Ob aber sach wer, das die selben schidlüt nit mochten eins werden, den sol der Vogt ein obman sin, wo die sach etwas gross ist; wo aber die sach kleinfüeg wer, mag er die sach einem andern an siner statt befelchen, der der sach gelegen ist und

suo committere possit, qui sibi utilis et bonus ad id huic rei aptus videatur. Et Vicarius siue alter loco positus illorum arbitrorum sententiam vnam potissimam ad eius conscientiam sequatur. Et si tales arbitri suis sentenciis adeo longe distarent, ita quod Vicarius siue alteri nec alteri sentencie conscientia sua imitari posset, cum illis arbitris sedeat et ipsos propius concordare nitatur et temptare, vt eo melius vni parti obsequi possit; id si esse non potest, Vicarius siue ille cui commiserit ipsas partes contrarias iterum ad ius mittat, et ipsi arbitri sententias discordiis postquam preceptum fuerit infra tres ebdomadas proxime sequentes pronuntiare teneantur, et si illi arbitri suis sentenciis non conuenirent, Vicarius siue ille loco positus, quem et mox ad hoc locare debeat, etiam teneatur illam sententiam infra quatuordecim dies proximos concordare et componere siue sequestrare vt supra.

#### **CVIII. De denuntiationibus fiendis pro exigendo bona paterna.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona vallis Blegnii non possit nec debeat denunciare nec exigere bona vendita suorum parentum nisi pro se proprio tenendo vel altero venditoris agnato existentium quarto gradu vel minori, et id facere potest denunciator ita quod ipse emptori totam et completam solutionem faciat in denariis, si in denariis emit, et totidem quod emptor exposuit, vel in rebus similibus quibus emptor soluerit, et id fiat in termino viginti dierum proxime sequentium, postquam sciuerit et senserit de dicta venditione; excepta femina dotata de re mobili, que nec debeat nec possit denunciare nec rescedere: vnico saluo si emptor steterit in possessione bonorum per eum emptorum per annum et diem vnam, quo postea dicta bona sic vendita non possint aliquo modo denunciari, rescendi nec exigi.

#### **CIX. Quod quidquid factum fuerit per Oratores, Vicarium et Credentiam vallis valeat saluo in donando de habere.**

Item statutum et ordinatum est, quod totum id quod facerent Oratores Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie, Vicarius vna cum Consilio Credentie condemnando et absolviendo siue dimittendo in omnibus lictis, obseruari debeat.

in nutz und gut darzu bedunkt, und sollend dan der Vogt oder der, den er an sin statt setzt, derselben schidlüten spruch oder urtel einem volgen, welche in dan by siner gwusni gerechter und besser bedunkt; ob aber sach wer, das die selben schidlüt mit ir spruch oder urtel so wit von einandern werin, das sy dero entweder by ir gwüsni gefolgen mochten, das dan der Vogt oder der, den er an sin statt gesetzt hett, mit denselben schidlüten nider sitzen und versuochen, sy necher zusammen ze bringen, damit und er dan einen theil dester bas gefolgen möge. Ob aber das nit syn mag, das dan der Vogt oder der dem ers befolhen hett, die partien wider für Rath wyse, und sollend solche schidlüt die sachen und stos dem nach und es inen gebotten wird in dry wuchen den nechsten schuldig sin uszesprechen; und ob dieselben schidlüt mit irem spruch oder urtel zerfielen, den sol der Vogt oder der den er an sin statt setzt, den er ouch angentz darzu setzen sol, ouch schuldig sin den spruch oder urtel in fierzechen tagen den nechsten zu entscheiden wie ob lutt.

**108. Das nieman sol erforderen verkoufte güeter dan siner fründen im fierten grad oder necher.**

Item es ist geornet und gesetzt, das kein person des thals Bollentz mög widerruefen noch erforderen verkouft güeter siner fründen, er well dan die selbigen sim selbs eigen behalten oder einem andern zukomen lassen, der dem verkoufer gesipt sy bis in vierten grad oder necher, und dis mag er thun, doch also das er dem köufer ganze volkomne bezalung thüeye, mit gelt, ob ers mit gelt kouft hab, so vil und er darum geben habe, oder mit wert, welcherley das er ouch darum geben hatt, und dis sol geschechen in zwenzig tagen demnach so er solchs koufs bericht, und an solch obgeschriben losig oder erfordderung kein kraft haben sollen; doch usgenomen ob ein frouw usgestürt wer mit farender hab, sol solcher widerforderung nit macht haben. Wo aber sach were, das einer solche güeter, die er erkouft hette, in hat ein jar und ein tag, den sol darnach nieman darvon mögen lösen weder fründ noch ander.

**109. Was gemacht wird durch die Botten von Vry, Schwytz und Vnderwalden und Vogt und durch die Räth, dz sol beliben in zimlich etc.**

Item es ist geornet und gesetzt, wan der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden Botten und der Vogt mit sampt den Räthen strafend oder ledig lassend, darbi sol es dan bliben in allen zimlichen billichen sachen. Doch vorbehalten

Saluo quod Domini Vranie, Suitie et Subsiluanie illud augere vel minuere ad eorum placitum possint, reseruata et cetera quod non possint donare de habere Dominorum trium Cantonum et Comunis.

**CX. Quod quilibet suos debitores pignerare possit.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis alteri aliquid obligatus fuerit in dicta valle, ille debitorem pignerare possit, et illud pignus retro terciam personam ponere ibique stare sinat per octo dies, et si pecunias interim sibi non soluerit, pignera extimare permittat vel possit. Si vero ignorans et non professus creditori pro debito esset, tunc habeat terminum octo dierum ad id producendum, et cum produxerit, contrarius suos eum soluat vel sibi pignora extimare possit et scriptorum et seruitorum mercedem debitor exponat; si vero debitor melius testimonium produceret, illud sibi iure examinari debeat; si vero petitor prolixiorem octo dierum terminum postularet ad id producendum, sibi non abnuetur. Consimili modo forensis et extraneus habeatur, et in tanto magis quod intraneus debitor non nisi trium dierum terminum habeat et cum hoc expensas et damnum restituat. Et si alicui res immobiles vltra extimarentur, siue forensis siue intraneus esset, tunc ille cuius res tales erant, triginta dierum terminum habeat ad illas res soluendum vna cum expensis.

**CXI. Si quis discederet extra vallem in alienam terram et bona in valle haberet, ibi ad banchum iuris citari possit.**

Item statutum et ordinatum est, si quis in alienam terram extra vallem discederet illamque inhabitare velit et adhuc bona in dicta valle haberet, tunc vnus eum citare et expetere pro causis cum eo tractandis si quas haberet possit ad banchum iuris vbi ius redditur in Blegnio, et cum citacio sibi nunciata fuerit, venire atque coram iure vt alter inhabitator vallis comparere teneatur.

**CXII. Quod quilibet valleranus cum seruitore possit contestare bona forensis.**

Item statutum et ordinatum est, quod quilibet valleranus in Blegnio cum seruitore omnibus diebus exceptis dominicis et festiuis bona forensium contestare possit, et si illud dominicis vel aliis bannitis diebus facere velit, id facere possit. attamen prius Vicario siue locum tenenti suam fidem sacramenti loco det, si illud bonum euaderet sibi, debitum suum



die Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden mögen sollichs mindern oder meren nach irn gefallen; doch sollend sy den Herren von den dryen Orten noch der Gemeind von Bollentz des iren nit hinweg geben noch schenken.

#### **110. Das ein jeder sin schulder mag pfenden.**

Item es ist ouch geornet und gesetzt, wen einer einem in dem thal Bollentz schuldig ist, der mag ein mit dem weibel pfenden und das selb pfand hinder ein dritten person leggen und da lassen stan acht tag, und ob er im nit dan sin gelt git, so mag er im die selben pfand lassen schetzen; ob er im aber ungichtig wer, so sol er acht tag zil han sollichs fürzebringen, und wen er sölchs fürbringt, so sol sin gegensecher in bezalen oder aber er mag im die selben pfand schetzen und darzu sol er dem schriber und weibel lon geben; wo aber der schuldnr die bessern kuntschaft brecht, die sol im im rechten ouch gehört werden; were aber sach das der ansprecher lenger dan acht tag zil begert sölchs fürzebringen, sol im nit abgeschlagen werden; und in gelicher wys sol ein fromder gehalten werden, dan so vil mer das der inwonig schuldnr nit mer dan dry tag zil haben sol, und im darzu abtragen allen costen und schaden; ob aber eim ligende güeter fürgeschetzt würden, er sye frömbd oder heimsch, so sol der des die güeter gewesen sind, dryssig tag zil han die zu lösen mit sampt dem costen.

#### **111. Das man ein, der von land zuge und gut im land hett, mag da citieren für recht.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob einer us dem thal Bollentz in ein ander land zuge und aber in dem thal gut hett, so mag einer in um sachen, so er mit im uszetragen hett, erfordern und zitieren für dz gericht in Bollentz, und so im die zitacion verkündt wird, sol er gebunden sin ze komen als einer der in dem thal Bollentz seshaft wer.

#### **112. Das ein landman mit dem weibel eins fromden gut mag verbieten.**

Item es ist gesetzt und geornet, das ein jetlicher landman in Bollentz mit dem weibel an allen tagen, usgenomen am sonntag und an allen gebanten firtagen, eins fromden gut moge verbieten; ob aber einer sollichs an eim sonntag oder gebanten firtag thun welt, das er das ouch thun möge, doch so fer das er dem Vogt oder sim Stathalter vor sin trüw geb



perdere timeret. Et illa contestacio remitti non debeat sine speciali licencia contestatoris siue iudicis. Etiam contestatio non fiat sine fauore Vicarii vel locum tenentis, et si forensis post arrestationem vel contestationem erga actorem ius expec-teret, ille qui forensem detineri fecerit, ei ius prolongare non debeat, et si ius aliquis protraheret et ad ius non illico staret, arrestatio anulletur. Si vero aliquis vnum detineret et de-tentus fideiussionem vel pignora daret retroque ius poneret, illi bona sua vltra ducere permittatur. At si quis alium in-iuste detineri fecerit, ille detento damnum et expensas restituat.

**CXIII. Quod forensis non audiatur in causis nisi prius fideiussionem vallerano dederit.**

Item statutum et ordinatum est, quod nullus forensis in aliqua causa cum vallerano de qua ius fuerit audiatur, nisi prius bonam securitatem inhabitatori vallis fecerit et dederit, quod sibi iudicii sententia ibi dederit, illo manere velle. Saluo generali tractu ad Dominorum trium Cantonum. Et si fide-iussionem haud inueniret, ad sancta sanctorum iurare debeat, si ipsum in expensas vel in damna duceret, sibi talia velle restituere.

**CXIV. Quod processus extra vallem factus in valle non valeat.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis de Blegnio alicui persone, vndecunque existat, obligatus fuerit, et persona habere debens alibi quam in Blegnio debitorem suum citari fecerit et ibi contra eum aliquem processum vel sententiam adeptus fuerit, talis processus nullo modo valeat in valle pre-dicta, sed talis persona habere debens coram Vicario Blegnii debitorem citare faciat et ibi contra eum procedat.

**CXV. Quod non cedatur ius non subditis iurisdictioni vallis.**

Item statutum et ordinatum est, quod non aliquis de Blegnio de aliqua carta vel obligatione ius suum alicui non subdito iurisdictioni Blegnii cedere possit, et si cesserit, con-tractus cessionis nullus ipso iure sit nec valeat, saluo quod si aliquis forensis cum aliquo de Blegnio debitum siue instru-mentum comune haberet, ille de Blegnio partem suam forensi cedere possit.

an eins eid stat, wo im das gut entgieng, das er des sinen nit wüss ze bekomen, besonder forcht ze verlieren, und sol das verbott nit abgelaßen werden one sondrig urlob des ansprechers oder des richters; doch sol das verbott nit geschechen one urlob des Vogts oder des Vogts stathalter; und ob dan der gast nach dem verbott gerichts oder rechts an den secher begert, so sol derselb so den gast verbotten, im das recht nit verziechen; wo aber einer im das Recht verzuge und nit angentz zum rechten stüend, so sol das verbott ab sin. Were aber sach das einer ein verbutte und der verbotten trostung gebe oder pfand hinder recht leit, so sol man in damit den lassen faren. Wo aber sach wer, das einer ein ze unrecht verbutte, der sol dan dem, den er zu unrecht verbotten hat, sin costen und schaden abtragen.

**113. Das ein uslendischer eim inwoner sol trostung geben, wen er mit im rechten wil.**

Item aber ist geornet und gesetzt, wo ein uslendischer einen des thals Bollentz welt vor dem rechten ansprechen, da sol der selbig gast dem inwoner des thals vorhin trostung geben, was im da urtel gebe, daby zu beliben. Doch vorbehalten den gemeinen zug für die Herren der dryen Orten. Und ob er trostung nit funde, so sol er dan an den heiligen schweren, ob er in zu unrecht zu costen oder schaden bringe, im den selben abtrage.

**114. Das ein uslendisch urtel gegen einem talman unnutz geacht sol werden.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob ein person des thals Bollentz etwerm us dem thal schuldig wer und derselbig uslendisch zitierte denselbigen uf uslendische gericht und erlangte daselbs ein urtel oder proces wider in des thals, derselbig proces und urtel sollen unnutz und craftlos geacht werden, sonder mag derselbig uslendisch vor dem Vogt das recht nemen und wider da procediern.

**115. Das keiner des thals einem uslendischen schuld übergeben mög, sy sye dan beider gemein.**

Item es ist geornet und gesetzt, das keiner von Bollentz schuldbrief oder anders übergeben mög einem anderen usserthalb des thals, der dem thal nit ze versprechen stand; ob aber einer das thette, so sol solche übergebung kein kraft haben und nüt sin, usgenommen ob einer usserthalb thals Bollentz mit eim von Bollentz ein gemeine schuld hett, mag derselbig von Bollentz sinen theil dem uswendigen wol übergeben.

**CXVI. De satisfatione prestanda per illum qui protestatus fuerit se possidere.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona, quecumque sit, in iudicio protestata fuerit se possidere vel domum aliquam, terram vel fictum vel rem aliam quamecunque siue mobilem siue immobilem, que ab aliquo alio petatur, talis persona teneatur et debeat facere fideiussionem cum bonis fideiussoribus iurisdictionis Blegnii, se non velle mutuare nec alienare rem petitam, sed eam restituere, si inde iure convictus et condemnatus fuerit; quam satisfacionem infra terciam diem dare teneatur, nec interim rem, pro qua discordia est, alienet. Si vero talis persona fideiussionem haud inueniret, quod illud ad sancta Dei Euangelia iurare possit vel petitori mox ad ius stare teneatur.

**CXVII. De solutione prestanda per debitorem fugitiuum.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis debitor fuerit alicuius de Blegnio et talis debitor fuerit fugitiuus aut suspectus, nec mobilia nec immobilia habens in valle Blegnii, quod Vicarius eum ad sancta Dei Euangelia iurare permittat de soluendo suum creditorem quam statim sibi possibile sit, vel de non veniendo in vallem donec debitum creditori soluerit.

**CXVIII. Quod non recipiatur testis qui de debito tenetur.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis debitor cum altero debitum haberet vel in vno instrumento vel credito ambo comprehenderentur, et vnus pro tali debito vel ad instrumenti sonum citatus fuerit, tunc alter qui tale debitum vel instrumentum cum eo haberet, testimonium dare non possit nec in testem produci admittatur.

**CXIX. Qui recipit nominationem non possit alium nominare.**

Item statutum et ordinatum est, si quis nominationem in iudicio de aliqua re receperit et protestatus fuerit se tenere et possidere dictam rem, vltcrius non possit alium pro domino siue dominum dicte rei nominare in iudicio, sed teneatur stare in causa vsque ad sentenciam et rem de qua agitur si succubuerit petenti restituere.

**CXX. De cessione fienda fideiussori soluenti per creditorem.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis intercessor per sentenciam condemnatus soluerit creditori, apud

**116. Wen besessne güeter von eim andern angesprochen wurden.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob etwar wer der wer des thals Bollentz, der in besitzung wer etlicher güeter, es werend hüser, veld, acker oder anders, ligentz oder farentz, und aber dieselben güeter von einem andern angesprochen wurden, so sol derselbig besitzer vertrösten und verbürgen mit einem inwoner des thals, der da gut darum sye, dz er solch gut nit welle verwechseln noch verendern, sonder ob es zu recht erkent wurde, demselbigen sim gegensecher wider zu keren, und sol sollich trostung geben innerthalb dry tagen und sol darzwüschent das gut, darum der stos ist, ouch nit verendern; ob aber einer trostung nit finden möcht, dan an heiligen schwern oder aber dem ansprecher angentz eins rechten sin.

**117. Wen einer gelten sölt und kein gut hett.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob einer dem andern gelten solte und der besorgte, das im sin schuldner von dem land entwich und das er weder ligen noch varent gut in dem thal hett, so sol in der Vogt lassen an heiligen schwern sin schuldner zu bezalen, so bald und im das vermüglich sye, oder aber in das land nit ze komen, bis er sin schuldner bezahlt hab.

**118. Das einer nit darf zügen, der mit einem andern schuld oder instrument hat, um die schuld.**

Item es ist gesetzt, das kein schuldner, der mit derandern ein schuld hat, oder in einem instrument oder schuldbrief beid begriffen werind, und dan einer um solch schuld oder nach lut sins schuldbriefs fürgenomen wurde, da sol im der ander, der solche schuld oder schuldbrief mit im hat, nit kuntschaft mögen geben, noch zu zügen zugelassen werden.

**119. Wer sich eins dings annimpt, sol darum antwurt geben.**

Item es ist geornet, das ein jeder der sich eins dings annimpt als rechter besitzer, ob der um söllich besitzung angesprochen wurd, so sol er dem ansprecher antwurt geben und keinen andern an sin statt zu stellen gelassen werden, sonder im mit dem rechten söllichs zu oder von gesprochen werden sol.

**120. Wo einer für den andern bürg worden ist.**

Item es ist gesetzt, welcher der wer, der für ein andren bürg worden were, und er wurd mit recht bezwungen solche

quem intercesserit, debitum aliquod pro debitore, pro quo fuerit obligatus, quod talis creditor teneatur et debeat statim iura cedere fideiussori contra debitorem de dicto debito pro ea parte pro qua facta fuerit solutio. Et si creditor recusauerit, teneatur Vicarius omnibus modis ipsum creditorem cogere, etiam ipsum personaliter detinere, donec fideiussori dicta iura cesserit.

#### **CXXI. Si quis cesserit iura de cartis falsis vel solutis.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis cesserit aliqua iura vel actiones alicui de aliquo instrumento et reperiatur debitum, de quo in instrumento sit mentio, esse solutum, quod teneatur ille, qui cessionem fecisset, ad restituendum totum illud quod ipse cessionarius predicta cessione dedisset, et ultra omnia damna et expensas, quas iurauerit se dicta occasione incurrisse, in duplum, et sic obseruetur in omnibus, si quis cesserit iura vel actiones alicui de aliquo instrumento, quod post ea falsum esse reperiatur. Insuper quod aliqua cessio cedentis aliquo modo non noceat nec prejudicet illi cui cessionem receperit.

#### **CXXII. Quod comunancia teneatur terras pro extimando consignare.**

Item statutum et ordinatum est, quod omnia comunia vallis Blegnii teneantur ostendere terras, domos et res territorias pro extimando vel que petuntur extimari, sub pena lib. decem tert. pro qualibet villa siue loco, lib. trium tert. pro quolibet Consule et sol. XX tert. pro qualibet singulari persona, et idem in omnibus obseruetur et fiat, si aliquis creditor petierit tales res vt supra sibi ostendi et consignari, et dicta consignatio fiat ad expensas petentis.

#### **CXXIII. De pena creditoris nolentis recipere solutionem.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis debitor ad sui debiti terminum coram Vicario Blegnii comparuerit et creditori suo pecuniam debitam attulerit paratus soluere seu aliter offerens se esse paratum creditori reddere de eo, quod teneatur ei dare in debitum aut in rebus de quibus dictum debitum solui possit secundum pacta et conuentiones inter eos factas, et ipse creditor presens aut ad hoc requisitus solutionem recipere recusauerit, teneatur Vicarius ad instantiam



schuld ze bezalen und der bürgschaft gnug ze thund, den ist der schuldig, dem solch gelt bezahlt ist, demselben bürgen, der in bezahlt hat, sin gwarsami und sin gerechtikeit, so er hat wider sin rechten schuldner, ushin zu geben, damit und das derselbig bürg dem ouch möge nachkomen, für den er bürg worden ist, und ob er ims nit usher geben welt, so ist der Vogt schuldig in darzu zwingen und gefenklich annemen sölle und in also halten also lang bis er im sine recht wider gebe.

### **121. Von übergebung etwan in briefen.**

Item ouch ist geornet, ob etwar übergeb etwas gerechtigkeit oder ansprach einem in ein instrument und erfunden wurd die schuld, die das instrument zeigt, bezahlt sin, so ist schuldig der, so disem solchs übergeben hat, alles das so er im um söllich übergebung geben hat, wider ze gebind, darzu allen costen und schaden, den er schwern mag von der sach wegen sich ingeloffen hab, zwiefalt wider geben; also sol in allem gehalten werden, ob einer etwas übergeb gerechtigkeit oder ansprach einem von etlichem instrument und das darnach falsch sin gefunden wurd, das dan etlich übergebung des übergebers in kein weg nit schade noch intrag thue dem, dem er die übergebung genomen hat.

### **122. Das jedes dorf sol zeigen eines güeter, das man schetzen will.**

Item es ist gesetzt, wer der wer der da schuldner in dem thal Bollentz hett, und solch schuld oder gelt welt inziechen und demselbigen sin schuldner sin gut welte pfenden oder schetzen, da ist ein jetlich dorf (schuldig), desselbigen schuldners gut, es sy feld, hüser oder anders, zu zeigen, by buos zechen lib., und jetlicher Consul by buos dry pfund und ein jetliche sondrige person by buos XX schillig als der werschaft des thals, und sölche zeigung sol beschechen in des begerenden costen.

### **123. Wen einer schuld, so man im schuldig wer, nit welt nemen.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher schuldner zu end sins zils der schuld vor dem Vogt erschint und den dem er schuldig ist das schuldig gelt ze geben bereit ist, oder sich anders dan ze bezalen erbüt um das so er im schuldig ist und wie die schuld bezahlt sol werden nach überkomung zwüschen in gemacht, und der gegenwürtig oder darzu berueft die bezalung vom schuldner nit nemen welt, ist der Vogt schuldig von wegen des schuldners disem ze setzen ein tag



debitoris statuere creditori certum diem pro qualitate persone, infra quem creditor cum omnibus suis cartis, scriptis et iuribus ad ipsam solutionem recipiendam teneatur et venire debeat, et si venerit recipere solutionem, instrumenta et iura reddens, bene quidem; alioquin a dicta die in antea non teneatur debitor ad ipsas vsuras creditori nec ad expensas aliquas futuri temporis. Saluo quod si postea paratus fuerit creditor solutionem recipere et quod per debitorem stet quod ipsam non soluat, quod extunc debitor teneatur ad vsuras, damna et expensas.

**CXXIV. Diuisio facta intelligatur inter fratres habitantes separatim per annos quinque.**

Item statutum et ordinatum est, quod si contingat aliquos fratres consanguineos vel germanos vel alios parentes stetisse separatim et vnus ab alio diuisim habitasse per annorum quinque spacium, intelligatur diuisio inter ipsos esse facta et vltorius valeat, et si quis ex predictis personis post illos quinque annos vel tempus rem aliquam vendiderit, quod emptori talis res vendita sine vlla incumbatione de cetero maneat. Quod statutum locum non habeat contra absentes et contra minores annorum vigintiquinque.

**CXXV. Quod filius infra XX annos non possit facere debitum.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliquis minor XX annis in valle Blegnii non possit se obligare alicui persone causa mutui vel aliqua alia causa sine consensu patris vel tutoris aut curatoris, et obligatio talis non valeat nec aliquo modo conueniri de ipsa possit, si probauerit se fuisse minorem XX annis tempore obligationis, nec contra eum nec contra intercessorem ius pro obligatione tractari possit vt supra. Saluo quod si aliquis filius familias aut aliquis minor XX annis cum patre suo vel patris aut tutoris voluntate obligatus fuerit, talis obligatio valeat et teneat. Etiam si quis adeo idoneus, quod domus ac familie curam haberet vel cure preponeretur, si viginti annis maior est, omnes iuris exercitationes contra eum pro obligationibus valeant.

**CXXVI. Si duo se possidere contendant, Vicarius in se retineat possessionem.**

Item statutum et ordinatum est, quod si duo vel plures domum, possessionem, terram vel aliam rem immobilem quasi se ad inuicem possidere contendant, Vicarius teneatur dictam questionem possessionis terminare summarie de plano sine

nach gelegenheit der person, in welchem er schuldig ist und komen sol mit allen sinen briefen, geschriften und rechten, die zalung ze nemen, und ob er kompt ze nemen, und die brief bringt, ist wol und gut; oder aber sust, von dem genannten tag fürbas ist der schuldner nit schuldig costen ze haben, oder der noch daruf gan möcht zil gen, doch ob nacher bereit wer die bezalung ze nemen, und durch den schuldner gestanden wurd, das er sy nit bezalte, so sol dan der schuldner costen und schaden gen.

**124. Wen brüeder oder fründ V jar getheilt sind, sol die theilung kraft haben hinfüro.**

Item es ist geornet und gesetzt, wo sach wer das in dem thal Bollentz werind brüeder, vetter oder sunst fründ die getheilt werind gesin von ein andern fünf jar, so sol da fürhin die theilung in kreften beliben, und ob nach den fünf jaren etlicher us inen etwan guotz wurd verkoufen, so sol der, so das kouft, by solchem kouf fürohin beliben, doch vorbehalten die abwesenden und die under XXV jarn alt sind.

**125. Das keiner under XX jarn mag schulden machen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das kein sun des thals Bollentz under XX jarn macht hab schulden ze machen on sins vatters oder siner vögten wüssen und willen, ob aber er das on sy thette und den wider in um die schuld oder wider den, der sin bürg wer, mit recht gehandelt wurde, mag dan derselbig sun usbringen sich under XX jarn alt gewesen sin, so er die schuld gemacht hab, das dan solch rechtlich übung wider in unkreftig und nüt sye. Ob aber einer söllichs mit sins vatters oder vögten wüssen oder willen thate, so sol rechtvertigung wider in kraft haben. Ouch ob einer so geschickt were, das er dem hus und des sorg fürgesetzt wurd, list er dan über XX jar alt, so hand alle grichtshandlung um schuld wider in kraft.

**126. Wan zwen um ligent gut spenig sind etc.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob zwen oder mer um hus, ertrich oder ander ligent güeter span oder zwytracht hetten vor dem Vogt, sol der Vogt schuldig syn solch span von stund on libell oder byurtel so bald er mag entscheiden

libelli datione quam citius poterit et statim possessionem rei de qua agitur in se retinere, donec dicta questio possessionis fuerit decimata, facta decimatione cui sententia dederit reddat.

**CXXVII. Quod accessium debeat dari terris non habentibus.**

Item statutum et ordinatum est, quod cuilibet terre non habenti accessium debeat dari et assignari accessus super terris ipsi contiguis ab illa parte qua minus damnum et qua velocius itur ad stratam.

**CXXVIII. Quod nemo ponat super stratas aliquid tedium inferens.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona in dicta valle Blegnii ponat nec ponere sinat super vias publicas vel plateas ruscam aliquam, rosum, confecturam vel calegiam nec quicquam aliud quod inferat tedium, sub pena sol. quinque Comuni soluenda, et omnis hoc teneatur per sacramentum accusare.

**CXXIX. De instrumentis reficiendis.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquod instrumentum condemnationis vel obligationis vel aliud instrumentum quod de iure non possit nisi semel expleri, semel expletum fuerit et parti traditum, et ille qui dictum instrumentum habuerit vel habuit, ipsum perdiderit et de nouo facere refici voluerit, coram Vicario citari faciat omnes in dicto instrumento contentos et omnes qui ex refectione dicti instrumenti lederentur, quibus statuatur Vicarius terminum suo arbitrio moderandum ostendendi et allegandi quicquid volunt et intendunt, ne dictum instrumentum reficiatur, ipso tamen prius iurante qui dictum instrumentum se perdidisse dixerit, quod ipsum vere perdidit, et si in dicto termino nihil ostenderint vel probauerint, propter quod dictum instrumentum refici non debeat, dictus Vicarius petenti aliud instrumentum de nouo refici faciat per notarium ad instrumenti perditionem sonum vel cartam.

**CXXX. Consanguinei non debeant testificare.**

Item statutum et ordinatum est, quod nec pater, mater, frater, soror nec aliquis agnatus in tertio gradu vel minori ad testificandum admittatur in quacunque causa tangente personam et honorem; item in bonum aliquod tangente pater, mater, frater et omnes illi qui indiuicem simul vna possident et qui in illa causa siue proficuum vel damnum haberent, vnus alteri testificare nequit.

und solch gut, so der span drum ist, zu sinen handen nemen bys ze ustrag der sach, und so es usgetragen wird, dem widerumb geben, dem es die urtel zugibt.

### **127. Das man felden zugäng geben sol.**

Item es ist gesetzt und geornet, das ein jetlich feld, das nit ein zugang hat, dem sol einer geben werden an den orten und enden demselbigen anstössig, da es dan am minsten schade, und da man allerbeldest zu der stras sye.

### **128. Das nieman sol lassen ligen uf den gassen holz etc.**

Item es ist geornet, das kein person des thals nit sol uf offen strassen noch gassen leggen noch ligen lassen weder holz, buw noch anders by 5  $\beta$  buos verfallen der Gemeind, und sol jetlicher den anderen leiden by sinem eid.

### **129. Wen instrument oder urtelbrief verloren werden.**

Item es ist geornet, das ein jetlich instrument schuld oder urtel, das man eim einmal schuldig ist ze geben, und der, dem es geben wurd, dasselbig verlure, und aber es widerum ze haben begerte, sol vor dem Vogt solchs erfordern und darzu schaffen zu citieren alle die, so sollich schuldbrief, urtelbrief oder instrumentbrief griffen, oder die, so durch verlust(!) der briefen geletzt möchten werden, denselben der Vogt tag setzen sol nach sinem willen, ze sagen warum solch brief nit widerum gemacht sollen werden; doch das der so den brief oder instrument vor gehept hat, schwere die warlich verlorn hab, und so nieman kom in den tagen von dem Vogt gesetzt und darthuot, darum die brief nit gemacht sollen werden, das dan der Vogt ander brief oder instrument dem begerenden scharpf gemacht werden nach lut der ersten.

### **130. Das vatter, mutter, brüeder und fründ nit sollen zügen.**

Item es ist gesetzt, das kein vatter, mutter, bruder noch fründ, der zum dryten oder necher ist, nit sol zügen, so es den lib oder die eer antrifft; item um gut sol ouch vatter, mutter, bruder und alle die unvertheilt by einander sind, und alle die an der sach ze gewünen oder ze verlieren hand, sollend einandern ouch nit zügen.

**CXXXI. De numero coperatorum fiendo ex singulis decem annis.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius dicte vallis Blegnii teneatur suo sacramento et debeat singulis decem annis cogere omnes comunes suprascripte vallis ad faciendum numerum coperatorum et ad equandum coperatam vt moris est dicte vallis.

**CXXXII. De salario capientium lupos.**

Item statutum et ordinatum est, quod quolibet persona dicti Comunis capiens lupum minorem habeat a Comuni lib. quinque, et maiorem siue veterem, habeat lib. decem. Attamen Comune de Blegnio illud statutum ad voluntatem augere vel minuere possit.

**CXXXIII. De molendino per decem annos relicto.**

Item statutum et ordinatum est, quod quolibet persona Comunis Blegnii possit et valeat de iure capere quodlibet molendinum, pilam siue stampam super pasculo edificatam et constructum quod relictum et desertum fuerit per annos decem continue et proxime partos, sine aliqua contradictione illius cuius esset nec alicuius alterius persone, sed tamen teneatur et debeat soluere illi cuius erat molendinum etc. in laude duorum comunalium amicorum seu vicinorum.

**CXXXIV. De pena soluenda per quamlibet aliam personam deffidantem.**

Item statutum et ordinatum est, quod que persona deffidaret aliquam aliam personam ad eius domum habitationis seu personaliter, det et soluat pro banno Comuni pro qualibet vice lib. viginti quinque, exceptis publicis pincernis siue hospitibus.

**CXXXV. De pena facientis sibi ius a semet ipso.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona in dicta valle Blegnii faceret sibi ius aliqua de re a semet ipsa, det et soluat pro banno qualibet vice Comuni lib. tres tert. et restituat damnum patienti in duplo.

**CXXXVI. De non rogando nec minando aliquem testem.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona in dicta valle Blegnii non debeat rogare nec minari aliquem testem pro aliquo testimonio perhibendo, sub pena et banno lib. quinque den. tert., et quilibet testis habeat pro eius mercede vna die qualibet vice duos grossos.

**131. Das ein Vogt zu X jarn sol zwingen die gemeinden die stür zu verglichen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das ein jetlicher Vogt des thals Bollentz zu allen zechen jaren by sinem eid sol die gemeinden zwingen genants thals die zal der stürn ze theilen und ze verglichen nach gewonheit des thals.

**132. Wer ein wolf facht.**

Item es ist geornet, wer ein jungen wolf facht, dem sol man geben V lib., und von einem alten wolf zechen pfund; doch so mögent sy disen ufsatz meren oder mindern mit der Gemeind nach irem willen.

Späterer Zusatz: NB. Anno 1717 al giorno della talia e cognosciuto de dare della Comunità per un lupo grande scudi cinque e per un piccolo scudi 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub>.

**133. Wen ein mülli öd gestanden ist zechen jar.**

Item es ist geornet und gesetzt, das ein jetlicher des thals Bollentz moge nemen ein mülli oder blüwe, das uf der almeind gebuwen sye und zechen jar öd oder ungebrucht gestanden sye, on widerred des so es gewesen ist oder jeman anders, und sol dem das bezalen nach zweyer bidermanen erkantnus.

**134. Wer den andern us sim hus lüed, abseite oder sust schmach thete.**

Item es ist geornet, welcher den andern us sim hus lüede, abseite oder sunst schmach thete, der sol als dick um fünf- undzwenzig lib. ze buos komen, doch usgenomen offen wirt.

**135. Wer sim selbs recht macht um etwas.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob etlich person des thals Bollentz sim selbs machte recht etlichs dings, sol geben ze buos als das beschicht der Gemeind dry lib. und dem sin schaden zwifalt abtragen.

**136. Das nieman sol zügen bitten oder in tröuwen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das keiner in dem thal Bollentz sol bitten keinen zügen noch ihm tröuwen, zügnus ze geben, by V lib. buos, und ein jetlicher züg sol im tag ze lon haben zu jetlichem mal zwen gross.



**CXXXVII. Quod Vicarius teneatur vna cum Consilio Credencie capere quemlibet malefactorem.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius teneatur per sacramentum vna cum Consilio Credencie inquirere et capere quemlibet malefactorem, si Dominorum trium Cantonum consilium habere non possit, etiam sine ipsorum Dominorum trium Cantonum consilio vel consensu neminem morte condemnnet.

**CXXXVIII. Quod Vicarius teneatur recipere omnes accusas.**

Item statutum et ordinatum est, quod Vicarius seu Rector Comunis predicti teneatur et debeat per sacramentum suum recipere omnes accusas et querelas et facere cum Consilio Credencie de eis sine interuallo condemnationes, saluo quod ad Dominos Vranie, Suitie et Subsiluanie spectat, illud sine eorum consilio aut Oratorum condemnare non debeat.

**CXXXIX. De pena facientium contra honorem Magnificorum Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie et Mediolanensis Ecclesie.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona vallis Blegnii non debeat tractare nec facere maliciose contra honorem Magnificorum Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie nec maioris Mediolanensis Ecclesie, et qui contrafecerit, det et soluat pro banno Comuni lib. centum tert. et insuper sustineat penam in persona et rebus pro banno ad voluntatem Magnificorum Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie, si peruenerit in virtute Comunis; et si fugerit, detur ei bannum maleficii et bona et res eius publicentur et deueniant medietas Dominis Vranie, Suitie et Subsiluanie et alia medietas dicto Comuni. Etiam quilibet cui preceptum fuerit quod vadat ad aliqua confinia, teneatur ire et stare ad ea confinia, et quod ab eis non discedat sine parabola, voluntate et consensu Dominorum trium Cantonum.

**CXL. Si aliquod furtum factum fuerit.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquid sublatum vel furatum fuerit, Vicarius cum Consilio Credencie habeat potestatem permittendi illud cum seruatoribus vel aliis querere ad rei qualitatem.

**CXLI. De pena furium.**

Item statutum et ordinatum est, si aliqua persona fecerit furtum a grossis quinque vel a valore ipsorum inclusiue vel in supra, capiatur et coram iudicio stetur et vt iudicibus et

**137. Das der Vogt mit sampt den Räthen schuldig ist ze fachen ein jeden übeltheter.**

Item es ist geornet und gesetzt, das der Vogt ist schuldig by sinem eid einen jetlichen übeltheter mit sampt den Räthen ze fachen, wo er anders der Herren von den dryen Orten rath nit erlangen mag, doch so sol er one der Herren von den dryen Orten rath nieman richten.

**138. Das der Vogt sol annemen all klagung.**

Item es ist geornet und gesetzt, das der Vogt schuldig sy by sinem eid ufzenemen all verklagung und die mit sampt den Räthen angentz ze strafen, doch vorbehalten was den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden zustat, sol er an ir rath oder ir Botten nit strafen.

**139. Wer da handelt wider eer der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden.**

Item es ist geornet und gesetzt, das kein mensch des thals Bollentz sol handeln noch thun wider die eere der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden noch der meren Kilchen ze Meiland, by hundert pfund buos, und darüber mag er gestraft werden an lib und an gut nach dem willen der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden, sover und er ergriffen wird; ob aber er entwiche, so sol im das land verbanen sin und sol sin gut verfallen sin, halbs den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden und der ander halb theil der Gemeind zu Bollentz. Es sol ouch ein jetlicher dem gebotten würd uf etlich anstös oder undermarch, wo das not sin wird, sol er schuldig sin ze gand und dannen nit ze kommen on urlob, wüssen und willen der Herren von den dryen Orten.

**140. Ob etwas verstolen wurd.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob etwas verstolen wurd, so sol der Vogt mit sampt den Räthen gewalt haben das ze suochen lassen mit den weiblen oder andern nach gestalt der sach.

**141. Wer da stel V gros oder mer, der sol gefangen werden.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher mensch stele V grossen wert dafür uf oder mer, der sol gefangen werden und für gericht gestellt und rechtlich gericht werden, als dan

Consilio Credencie visum est iure de merito iudicetur. Et si quis ad mortem damnatus fuerit, tunc omnes expense et vxure que haberentur per Oratores Dominorum Vranie, Suitie et Subsiluanie vel Ambasiatores et per lictorem, debeant solui pre omnibus ex damnati bonis et reliqua bona si que supersunt Comuni deueniant; et si quis ex gratia ad mortem non iudicatus fuerit, nihilominus expense soluantur vt supra ex ipsis bonis cui gratia ostensa est.

#### **CXLII. De pena recipientis furta.**

Item statutum et ordinatum est, si quis reciperet aliquod furtum ab aliquo fure vel cum ipso comune scienter haberet, ille in simili pena qua fur est stet et condemnetur.

#### **CXLIII. Quod spoliator siue predo capi debeat et iudicari.**

Item statutum et ordinatum est, quod quicumque in valle Blegnii spoliaret seu raperet parum siue multum, talis capiatur et ad iudicii sententiam secundum demerita gladio iudicetur.

#### **CXLIV. De non faciendo pactum de aliquo furto.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona vallis Blegnii non faciat aliquod pactum vel concordiam de aliquo furto, sed tantum teneatur et debeat mox dare accusam de dicto furto Vicario vel Consilio Credencie dicte vallis; qui contrafecerit, condemnetur secundum eius demerita ad noticiam Dominorum trium Cantonum, Vicarii et Credencialium.

#### **CXLV. De pena recipientis aliqua ab aliquo bannito.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona vallis Blegnii debeat recipere nec emere aliquam rem ab aliquo bannito fugituo vel proscripto; qui contrafecerit, illius res empte vel recepte vt supra Dominis Vranie, Suitie et Subsiluanie perueniant, et insuper si necesse est a Dominorum trium Cantonum Vicario et Credencialibus condemnetur.

#### **CXLVI. De pena facientis vim alicui.**

Item statutum et ordinatum est, quod si qua persona alicui alteri persone vallis Blegnii vim fecerit quouis modo, illa a Dominis Vranie, Suitie et Subsiluanie, Vicario et Consiliaribus condemnetur.

das gericht und recht billich bedunkt sin, und wen ein mensch vom leben zum tod verurteilt wird, so sol alwegen aller kosten, so durch die Botten der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden, ouch durch den nachrichter ufgangen were, sol vor allen dingen us des verurtheilten gut bezalt werden, und das ubrig gut sol der Gemeind werden; und ob da jeman us gnad nit zum tod wurd verurteilt, so sol man doch nüt dester minder den kosten wie oblut bezalen vor allen dingen us des menschen gut, dem gnad mittheilt ist.

**142. Wer verstolen gut nem oder gemein hett.**

Item es ist geornet, wer verstolen gut neme oder mit eim der stele gemein hett wüssentlich, der sol in glicher straf wie der das gestolen hat sin.

**143. Wer roubete, sol gefangen und gericht werden.**

Item es ist geornet und gesetzt, wer der wer der in dem thal Bollentz roubete, es wer lützel oder fil, der sol gefangen werden und mit dem schwert gericht werden nach sinem verdienen und nach erkantnus des gerichts.

**144. Das keiner sol thedung machen mit eim dieb.**

Item es ist geornet und gesetzt, das keiner sol pakt oder thedung machen mit einem dieb, besonder söllichs angentz dem Vogt oder den Räthen sagen; wo einer das nit thet, der sol gestraft werden nach sinem verdienen und nach der Herren von den dryen Orten, des Vogts und der Räthen erkantnus.

**145. Das nieman von einem gebanten sol etwas nemen noch abkoufen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman sol von keinem landflüchtigen, verbotnen oder verruften keinerley nemen oder koufen sol; wer darwider thet, so sol das gut, so er genomen oder gekouft hett, den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden gefallen sin, und ob es not wer, witer von den Herren der dryen Orten, dem Vogt und den Räthen gestraft werden.

**146. Wer einem gewalt thette.**

Item es ist geornet und gesetzt, wer der were der jeman in dem thal Bollentz gewalt thette, in was wys das were, der sol darum von den Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden und dem Vogt und den Räthen nach ir erkantnus gestraft werden.

**CXLVII. De pena venefici.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona in valle dicta daret toxicum vel venenum, quocunque modo fieret, alteri persone, et repertum fuerit, illa ad mortem sentenciari debeat iure ad eius demerita.

**CXLVIII. De pena facientium maleficia.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona vallis Blegnii faceret maleficia alicui persone, vnde moriatur vel alias insana efficeretur, et repertum fuerit, tunc talis persona condemnetur et iudicetur vt ius expetit quoad corpus et vitam.

**CXLIX. De non donando alicui de here Comunis.**

Item statutum et ordinatum est, quod nullum donum fiat nec fieri debeat de here Comunis Blegnii, nisi fiat per parabolam Vicarii, totius Comunitatis vel maioris partis, et quod nulla persona debeat dicere debere donari vel dari alicui ad placitum in colloquiis seu Consilio ipsius Comunis, sub pena et banno cuiuslibet contrafacientis lib. vigintiquinque tert., et ille qui promiserit soluere, teneatur totum illud donum vltra penam predictam.

**CL. De non petendo aliquod donum largiri.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona in dicta valle petat nec requirat largiri debere sibi nec aliis aliquod bonum Comunis Blegnii, sub pena lib. trium tert. Comuni.

**CLI. De non stripando nec plantando aliquod terminum.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona in dicta valle debeat stripare nec plantare aliquod terminum nisi cum suo portinali comuniter seu de verbo et licentia ipsius, et hoc sub pena lib. decem tert. Comuni soluenda, et procedatur contra ipsum per modum malefactorum.

**CLII. De non dicendo Domino Vicario mendacium.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona dixerit aliquod mendacium Domino Vicario et inuentum fuerit, det et soluat pro banno sine gracia sol. viginti tert. pro quolibet vice.

**CLIII. De non accipiendo alienas vuas.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona in dicta valle accipere debeat alienas vuas contra voluntatem

**147. Wer den andern vergifti.**

Item es ist gesetzt und geornet, wo sach were, das jeman den andern vergifti, in welcher wys das were, und das kuntlich wurde, den sol man richten vom leben zum tod nach recht und sinem verdienen.

**148. Wer den andern vergalstreti.**

Item es ist geornet und gesetzt, wer der were der den andern vergalstretty, das er davon sturbe oder unsinnig wurd, und kuntlich wurde, zu dem lib und leben sol man richten nach recht.

**149. Das nieman sol verschenken us des gemeinen seckel üt.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman nüt sol schenken noch gaben gen us des gemeinen thals seckel dan mit wüssen und erlauben des Vogts und der gantzen Gemeind oder des merentheil under inen; es sol ouch keiner im Rath rathen oder verheissen von der Gemeind gut jeman nüt ze schenken oder ze geben by buos fünfundzwenzig lib. und welcher sollichs verhiesse, sol schuldig sin das ze bezalen mit sampt der buos.

**150. Nieman sol begern im etwz gegeben werden.**

Item es ist geornet, das nieman des genanten thals sol begern noch erfordern im oder eim anderen etwas gegeben werden us der Gemeind gut, by dry pfund buos.

**151. Das nieman sol margstein setzen allein.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman in dem thal Bollentz sol setzen marchstein oder march dan mit dem, so mit im theil hat, oder dem so an in stost, oder mit sinem urlob, by zechen pfund buos, und sol demnach wider in mit recht gehandelt werden als wider ein übeltetigen.

**152. Wer dem Vogt ein lugi seite.**

Item es ist geornet und gesetzt, wer der wer, der dem Vogt ein lugi seite, und das kuntlich wurd, der sol zwenzig schillig ze buos geben one gnad.

**153. Das nieman eins andern truben sol nemen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman dem andren sin truben sol nemen wider sinen willen, im tag by 5  $\beta$  buos



illius cuius fuerint, sub pena si fuerit de die sol. quinque et de nocte sol. decem, et reddat damnum patienti siue habenti in duplo.

**CLIV. De non vindemiando absque licentia.**

Item statutum et ordinatum est, quod nulla persona in dicta valle Blegnii vindemiare vuas sine parabola et voluntate Vicarii et Comunis (debeat), sub pena lib. trium tert. pro qualibet vice.

**CLV. Quod accusatus si non comparuerit habeatur pro confesso.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona fuerit accusata vel denunciata Vicario de aliquo maleficio vel aliter, et Vicarius procederet contra eam ex eius officio, et ipsa persona non compareret ad se defendendum et excusandum et ei daretur bannum, quod habeatur pro confessa, tanquam sponte confiteretur; si vero comparuerit dicta persona et se de maleficio defendere possit, soluta dicatur; at si negauerit delictum, tunc Vicarius per omne genus probationum veritatem perquirat, qua inuenta punietur secundum maleficii qualitatem.

**CLVI. De pena incidentis vel ruscantis arbores alicuius.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona in valle Blegnii incideret seu ruscaret aliquam arborem seu vitem alterius, det et soluat pro banno Comuni pro qualibet vice et pro qualibet arbore vel vite lib. decem tert., dum fuerit accusata et inuenta per patientem damnum, et reddat damnum in duplum patienti, et de dicto damno stetur sacramento recipientis damnum predictum.

**CLVII. Quando Vicarius comandamentum daret.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona comandamento a Vicario dato obedire noluerit, Vicarius illud ad rei qualitatem accipere possit.

**CLVIII. Quod condemnati soluant eorum condemnationes et nunciis Comunis.**

Item statutum et ordinatum est, quod quelibet persona que fuerit condemnata vel condemnabitur per Rectorem et Credenciam siue Comune dicte vallis de aliqua quantitate pecunie, teneatur et debeat soluere nunciis dicti Comunis totam eius condemnationem ad illum terminum qui ei statutus fuerit per prefatum Vicarium et officiales predictos.

und by der nacht by zechen schillig buos, und sol dem, dem ers genomen hett, den schaden zwifalt widerkeren.

#### **154. Das nieman on urlob sol wimmen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman sol wimen oder sin truben sol ablesen one wüssen und erlouben des Vogts und der Gemeind, by buos dry pfund ze jetlichem mal.

#### **155. Wen ein person dem Vogt verklagt würd um übelthat.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob etlich person dem Vogt verklagt wurd von einer übelthat wegen oder sunst, und der Vogt wider in handleti von ampts wegen mit gericht, so sol derselbig verklagt uf des Vogts gebott erscheinen und sich solcher klag verantwurten; wo er aber das nit thet, sol er für schuldig der klag gehalten werden, als ob ers selbs bekent hett. Wo er aber erschint und sich der klag entschuldigen mag, sol er ledig gesprochen werden; lounet aber er sy, so sol der Vogt mit gestaltlicher zügnus das uf in bringen, und so das geschicht, nach gestalt siner mishandlung strafen.

#### **156. Wer dem andern böum oder reben abhüwe.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher in dem thal Bollentz einem andern sin boum oder reben abhüwe, der sol zu jedem mal und für ein jetlichen boum oder reben zechen pfund ze buos geben, so er verklagt und erfunden wurd in sölchs gethan haben, und dem sinen schaden zwifalt abtragen, und sol dem der schad geschechen ist geloupt werden, was er mit sinem eid behalten mag.

#### **157. Wen der Vogt ein comandament gibt.**

Item es ist geornet und gesetzt, wen ein Vogt ein comandament gibt und einer dem nit gehorsam ist, so mag der Vogt das comandament nemen nach gestalt der sach.

#### **158. Wer gestrafft wird um gelt sol bezalen die botten mit sampt der sum.**

Item es ist geornet und gesetzt, das ein jetlich person, die da gestrafft wird von dem Vogt, den Räthen oder der Gemeind des thals Bollentz um ein suma gelts, die sol und ist schuldig ze bezalen die botten der Gemeind mit sampt der straf, so im ufgelegt ist, in dem zil so ir gesetzt ist von dem Vogt, den Räthen oder der Gemeind.

**CLIX. Quod patres ecclesiarum personarum soluant pro filiis suis condemnationes.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis sacerdos vel clericus dicte vallis faceret aliquod maleficium in valle vel extra vallem contra aliquem suum valleranum, quod pater suprascripti presbyteri seu clerici teneatur et debeat cogi pro ipso eius filio ad soluendum omnem suam condemnationem pecuniariam, de qua ille sacerdos seu clericus posset condemnari, si esset laycus, sed de pena corporali non teneatur ipse pater dicti presbyteri seu clerici.

**CLX. Quod nullus vadat ad aliquod inuitamentum extra vallem.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona dicte vallis non debeat ire extra vallem ad aliquod inuitamentum pro offendendo aliquam personam sine parabola prefati Vicarii et Comunis Blegnii, et hoc sub pena et banno lib. vigintiquinque pro qualibet vice.

**CLXI. De non vendendo forensi aliquod bladum.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona vallis Blegnii non debeat vendere aliquod bladum siue frumentum alicui forensi siue vallem non inhabitanti, nec conducat extra vallem, sub pena et banno sol. quinque tert. pro quolibet stario, et talis cum hoc amittat bladum seu frumentum et etiam pecunias solutas inde, si hoc fecerit sine licencia Dominorum trium Cantonum.

**CLXII. De non vendendo alicui nisi ad iustam mensuram.**

Item statutum et ordinatum est, quod non aliqua persona in dicta valle vendat nec emat aliquod bladum, frumentum, castaneas nec granum alicuius maneriei nec sal nisi ad rectum starium signatum et adequatum per officiales Comunis predicti, et hoc sub pena viginti sol., et starii siue mesure non signate et non iuste vt supra in igne comburantur, et vltra a Dominis Vranie, Suitie et Subsilianie condemnentur. Simili modo nemo vendat nec emat vinum nisi ad iustam et rectam mensuram, sub pena predicta.

**CLXIII. Quod tabernarii debeant dare vinum cuilibet petenti pro suis denariis.**

Item statutum et ordinatum est, quod quilibet tabernarius vendens vinum in dicta valle teneatur et debeat dare vinum cuilibet persone petenti pro suis denariis, sub pena sol. duorum

**159. Ob ein priester oder gewichter um gelt gestraft wird, ist der vatter schuldig für in ze bezalen.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob ein priester oder sonst gewichter des thals thette etwas übelthat in dem thal oder usserthalb wider ein thalman oder ein andren, das dan des priesters vatter sol und mag gezwungen werden für sin sun zu bezalind alle straf des geltz, damit dan der priester möcht gestraft werden, ob er ein ley were, aber um liblich buos ist der vatter nit schuldig ze thund.

**160. Das nieman sol gan uf kilchwichin oder fasnacht jeman ze letzen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das keiner sol us dem thal Bollentz gan an kilchwichin, vasnacht oder gesellschaft in willen jeman ze letzen, on urlob des Vogts und der Gemeind, die er vor sins willens berichten sol, by buos fünfundzwenzig pfund der Gemeind.

**161. Das nieman kein korn vom thal sol verkoufen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das keiner von dem thal Bollentz verkoufen sol weder korn noch fessen einem frömden oder der nit im thal gesessen sy, noch selbs darus füeren, by buos fünf  $\beta$  von jetlichem steren und by verliering des korns oder gelts, so er darab gelöst hett, one urlob der Herren von den dryen Orten.

**162. Das nieman sol koufen noch verkoufen dan by der rechten mas.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman sol koufen noch verkoufen keinerley weder korn, salz, kestenen oder anders dan by dem rechten mes gefechten durch die amptlüt der Gemeind, by zwenzig  $\beta$  ze buos, und die ster, viertal und mes, die nit gerecht sind, sond verbrent werden, und er witer gestraft nach der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden erkantnus. Desglichen sol nieman koufen noch verkoufen wyn dan bi der rechten mass by obgenanter pen.

**163. Das ein jeder wirt sol win geben um sin gelt.**

Item es ist geornet und gesetzt, das ein jetlicher wirt, der wyn schenkt, schuldig sy jederman um sin gelt der sy begert ze geben, by 2  $\beta$  buos, und das ein jeder, der von

qualibet vice, et insuper quod quelibet persona accipiens vinum a tabernario seu hospite soluat ei, antequam descendat de taberna seu hospitio, cum denariis, rebus vel pignore, et si recederet non facta solutione absque voluntate dicti tabernarii seu hospitis, det et soluat pro banno Comuni sol. viginti tert. pro qualibet vice et totum quod receperit soluat, et ad dictam solutionem fiendam cogatur sine aliqua defensione. Saluo quod tabernarius siue hospes possit et valeat sine aliquo banno nec pena accipere pignus cuilibet forensi recedenti a taberna siue hospitio solutione predicta non facta seu absque concordio dicti tabernarii seu hospitis.

**CLXIV. Quod nullus ponderet aliquid nisi ad stateram signatam.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona non vendat nec emat res pensas siue que ponderentur nisi ad stateram rectam adequatam et signatam per officiales dicti Communis, sub pena sol. viginti, et stera non signata vt supra conburetur, et si quis hoc scienter faceret, vltra secundum demerita condemnetur.

**CLXV. De pena ludentium ad taxillos.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona in dicta valle non debeat ludere taxillis nec ludum committere a solidis quinque supra, et hoc sub pena et banno lib. trium tert., si ludus fuerit infra solidos viginti; si fuerit a solidis viginti supra, det et soluat Comuni pro qualibet vice lib. quinque tert. et similem penam soluat ille, in cuius domo vel porticu siue curia ludus factus fuerit.

**CLXVI. Quod nemo faciat matrimonium cum eius parentela vsque ad quartum gradum.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona vallis Blegnii siue mascula siue femina non debeat facere matrimonium, qui masculus et femina sint in quarto gradu eius parentele carnali vel minori, sine dispensatione, et hoc sub pena et banno cuilibet contrafacienti lib. decem tert.

**CLXVII. De pena committentium adulterium in domo mariti.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis homo in dicta valle vteretur carnaliter cum aliqua muliere nupta marito in domo mariti sui contra dicti mariti voluntatem, et ipse maritus dictum hominem accusaret, det et soluat pro banno pro qualibet vice Comuni libras XXV tert.

dem wirt wyn nimpt, schuldig sy in ze bezaln, ee er us dem hus gang, mit gelt oder pfand, und ob er unbezalt hinweg gieng on wüssen und willen des wirts, so sol er verfallen sin zwenzig  $\beta$  ze buos zu jetlichem mal und sol nüt dester minder bezalen alles das er von dem wirt genomen hat, und zu der bezalung sol er zwungen werden on all entschuldigung. Doch mag der wirt on buos nemen eines jetlichen frömden pfand, der hinweg welt und in nit bezalt hat oder mit im nit überkomen ist.

**164. Das nieman sol wegen noch verkoufen dan by der rechten wag.**

Item es ist geornet, das nieman sol koufen noch verkoufen ding dz man wigt dan by der rechten wag gefochten durch die amptlüt der Gemeind, by zwenzig  $\beta$  buos, und welche wag nit gerecht ist, sol man verbrennen, und wer wüssenlich thut, sol witer gestraft werden nach sinem verdienen.

**165. Nieman sol mit würflen spilen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman in dem thal Bollentz sol mit würflen spilen kein spil über fünf schillig, by dry lib. buos, wen das spil under zwenzig  $\beta$  ist; ist es aber über zwenzig  $\beta$ , sol er zu jetlichem mal fünf lib. ze buos geben, und der ouch so vil, in des hus und hof das spil geschicht.

**166. Das nieman sol zu der ee griffen, die ein andren gesipt sind in vierten grad.**

Item es ist geornet und gesetzt, das kein knab noch dochter in Bollentz sol grifen zu der ee, die einandren im fierten grad gesipt sind, one dispensatz, by zechen pfund buos, wer darwider thete.

**167. Wer einem mit siner eefrouwen in sinem hus ze schaffen.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher in dem thal Bollentz einem mit siner eefrouwen in sim hus ze schaffen hat wider den willen irs mans, und der man verklagte in, so sol er fünfundzwenzig lib. ze buos geben.



**CLXVIII. De pena vtentium carnaliter cum eorum parentibus.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis in dicta valle vteretur carnaliter aliqua sua consanguinea carnali a parte patris vel matris eius vsque in quarto gradu, vel frater vteretur carnaliter sua sorore, vel pater sua filia vel filius sua matre, et repertum fuerit, mox capiantur et carceribus includantur, et in laude Dominorum Vranie, Suitie et Subsilianie sup̄ter siluam, Vicarii et Credencie condemnentur congrua congruis referendo.

**CLXIX. Qui carnaliter vteretur commatre.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis in dicta valle vteretur carnaliter aliqua eius commatre, ille vt Dominorum trium Cantonum visum est condemnatur.

**CLXX. Qui carnaliter vteretur filia et eius matre vel duabus sororibus.**

Item statutum et ordinatum est, quod si quis in dicta valle vteretur carnaliter filia et eius matre vel duabus sororibus, ille a Vicario et Credencialibus vt ipsis videbitur condemnatur.

**CLXXI. Qui vteretur carnaliter femina per vim et contra eius voluntatem.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliquis vteretur carnaliter aliqua muliere vel filia in dicta valle per vim et contra eius voluntatem, et repertus fuerit, incidatur ei caput, si peruenerit in virtute Comunis; et si non peruenerit in virtute Comunis, detur ei bannum et omnia eius bona perueniant in manus predicti Comunis.

**CLXXII. De pena feminarum nuptarum vtentium carnaliter cum presbitero.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua femina mecharetur siue adulterium committeret cum aliquo presbitero in eius vel mariti sui domo contra voluntatem dicti sui mariti et ipsam maritus accusaret, ipsa mulier mecha det et soluat pro banno lib. vigintiquinque et insuper ipsa reputetur pro famosa meretrice, et similiter dictus presbiter teneatur soluere pro pena lib. vingintiquinque.

**CLXXIII. De pena leuantis aliquem lapidem in colloquio.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona leuaret vel portaret lapides in colloquio Comunis seu coram

**168. Wer ze schaffen hett mit sinen fründen.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher in dem thal ze schaffen hat mit sinen fründen von vatter oder mutter har bys in vierten grad oder ein bruder mit siner schwöster, der vatter mit siner dochter oder sun mit siner mutter, und das kuntlich wurd, die sollen angentz angenommen und in gefenknus gelegt werden und demnach gestraft werden nach erkantnus der Herren von Vry, Schwytz und Vnderwalden nid dem Wald und des Vogts und der Räthen nach dem und sy bedunkt das je einer verdient hab.

**169. Wer mit siner gevatter ze schaffen hat.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher der wer, der mit siner gevatter ze schaffen hett, der sol darum gestraft werden nach der Herren der dry Orten erkantnus.

**170. Wer mit der dochter und mutter oder zweyen schwöstern ze schaffen hett.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher ze schaffen hett mit der dochter und ir mutter oder mit zweyen schwöstern, der sol darum gestraft werden nach eins Vogts und der Räthen erkantnus.

**171. Welcher ein frouwen oder dochter notzogeti.**

Item es ist gesetzt, welcher mit einer frouwen oder dochter ze schaffen hett wider irn willen oder sy notzogeti, und das kuntlich wurd, dem sol man sin haupt abschlachen, so fer und er gefangen wird; wycht er aber, so sol im der ban geben werden und sin gut sol verfallen sin.

**172. Wen ein eefrouw mit eim priester ze schaffen hett.**

Item es ist ouch geornet und gesetzt, ob ein frouw mit einem priester ze schaffen hett in irm oder irs mans hus wider ir mans willen, und der man verklagte sy, so sol die frouw fünfundzwenzig lib. ze buos gen und darzu verlündet sin, und der priester sol ouch fünfundzwenzig lib. ze buos gen.

**173. Wer stein zückt, trüg oder ufrur macht.**

Item es ist geornet, welcher stein zuckte, ufhueb oder trüeg in willen jeman ze letzen, es wer vor der Gemeind, vor

Vicario seu aliquo rumore vel vbi homines conuenirent pro offendendo aliquem, det et soluat pro banno sol. viginti tert.

**CLXXIV. De pena facientis rumorem coram domino Vicario.**

Item statutum et ordinatum est, quod si qua persona inciperet vel faceret rixam et rumorem coram Vicario, det et soluat pro banno lib. vigintiquinque, et fecerit rixam vel rumorem in parlamento dicti Comunis vel in foro, etiam det et soluat pro banno Comuni lib. vigintiquinque, et vltius Vicarius possit ipsum tenere in carceribus ad sue et Credencie voluntatem.

**CLXXV. Fehlt.**

**CLXXVI. De pena non manifestantium res inuentas.**

Item statutum et ordinatum est, quod quelibet persona siue mas siue femina teneatur et debeat ostendere domino Vicario seu Consuli suo pecunias siue alias res perditas, que reperirentur, infra octo dies proximos postquam inuente fuerint, sub pena sol. viginti tert. pro qualibet re amissa et reperta, et restituatur illi cuius res inuente fuerunt.

**CLXXVII. De pena offendentis aliquem valleranum extra vallem.**

Item statutum et ordinatum est, quod si duo vallerani se inuicem percuterent extra vallem, condemnentur in simili pena prout si fecissent in dicta valle, et hoc dummodo non fuerit punitum delictum in territorio vbi commissum et factum est.

**CLXXVIII. De pena vetantium pignora seruitori.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona dicte vallis non debeat vetare nec prohibere seruitori vallis pignus, sub pena et banno cuilibet contrafacienti lib. trium pro qualibet vice.

**CLXXIX. De pena nodantium seu strenodantium alienas bestias.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona in dicta valle non debeat nodare nec strenodare bestiam alicuius alterius persone sine parabola illius cuius esset, et hoc sub pena et banno lib. trium et restitutionis bestie et damni in duplum.

dem Vogt oder in einem ufruor oder anderschwa, wo die lüt by einandren werind, der sol zwenzig schillig ze buos verfallen sin.

#### **174. Wer ufruor oder geheder macht.**

Item es ist geornet, wer anfieng ufruor oder geheder vor dem Vogt, der sol um fünfundzwenzig lib. buos verfallen sin, und ob einer ein ufruor machet an der Gemeind oder an den merchten, der sol ouch XXV lib. ze buos gen, und darüber mag in der Vogt wol lassen fachen und in gefenknus leggen nach sinem und der Räthen willen.

#### **175. Fehlt.**

#### **176. Wer etwan fund das verloren wer, gelt oder anders.**

Item es ist geornet und gesetzt, das ein jetlich person, frouw oder man, die da etwas funde, gelt oder anders, das da verlorn wer gesin, die ist schuldig das in acht tagen ze offnen dem Vogt oder dem Consul, under (dem) sy gesessen ist, by buos zwenzig  $\beta$  für ein jetlich ding, und dem widerkert werden, des es gesin ist.

#### **177. Wen zwen usserhalb dem thal ein andren schlüegend.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob zwey beidi us dem thal ein andren schlüegend usserhalb dem thal, so sönd sy mit gleicher straf gebützt werden, als ob es in dem thal geschechen wer, wenn es nit gestraft wird an dem end, da es beschechen ist.

#### **178. Das nieman sol dem weibel pfand weren.**

Item es ist geornet und gesetzt, das keiner sol weren pfand dem weibel des thals by dry lib. buos zu jedem mal.

#### **179. Das nieman des andern vich sol inbinden oder zeichnen.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman sol dem andern sin vich inbinden oder zeichnen one urlob des so es ist, by dry pfund buos, und den schaden sol er zwifalt widerlegen und das thier ouch wider gen.

**CLXXX. De pena occidentium alienas bestias.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona occideret in dicta valle aliquam bestiam minutam, videlicet porcum, capram vel ouem et de similibus alicuius alterius, det et soluat pro banno solidos decem et restituat damnum in duplo. Et qui occiderit aliquam bestiam grossam, videlicet equum vel bouem et cetera, soluat pro banno lib. tres et reddat damnum in duplo.

**CLXXXI. De pena stripantium caudam equi vel muli.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona in dicta valle striparet vel incideret caudam alicuius equi vel eque, muli vel mule alterius persone contra voluntatem illius cuius esset, det et soluat pro banno pro qualibet vice et cauda libram vnam tert. et reddat damnum in duplo.

**CLXXXII. De pena tondentium alienas oues.**

Item statutum et ordinatum est, si qua persona tonderet ouem alicuius alterius persone contra voluntatem illius cuius esset, det et soluat pro banno lib. tres tert. et restituat damnum in duplo.

**CLXXXIII. De pena non manifestantium bestias inuentas.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona in dicta valle haberet aliquam bestiam alicuius alterius persone et non inueniret cuius esset, denunciare debeat et notificare Vicario vel vicinancie sue infra quindecim dies postquam inuenerit dictam bestiam, sub pena lib. trium et bestie restitutione.

**CLXXXIV. De pena vtentium partibus.**

Item statutum et ordinatum est, quod nemo in dicta valle debeat vti aliqua parte nec secrete nec publice, neque aliquo modo partizare contra Comune, sub pena et banno cuilibet contrafacienti eris et persone Comuni peruenienda.

**CLXXXV. De pena clamantium auxilium.**

Item statutum et ordinatum est, quod aliqua persona in dicta valle non debeat clamare auxilium sine iusta causa, sub pena quinque grossorum pro qualibet vice.

**CLXXXVI. De pena facientis falsum sacramentum.**

Item statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona in dicta valle faceret falsum sacramentum vel fecisse repe-

**180. Wer eim anderen sin vich erschlüeg.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher dem anderen klein vich erschlüege als süwen, geiss etc., sol zechen  $\beta$  buos gen und den schaden zwifalt bezaln; welcher aber dem andern gros vich erschlüegi als ros und khüe, sol dry lib. ze buos gen und den schaden zwyfalt bezaln.

**181. Wer eins andern ros oder mul schwantz abhüw.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher dem andern sin ros oder stutten oder mul den schwantz abhüwe, wider den willen des es ist, der sol für jetlich mal und schwantz ein lib. buos geben und den schaden zwifalt bezalen.

**182. Wer dem andern sine schaf schere.**

Item es ist ouch gesetzt, welcher dem andern sine schaf schere, der sol dry lib. ze buos gen und den schaden zwifalt bezaln.

**183. Wen einer vich inhette nit wüste wes wer.**

Item es ist geornet und gesetzt, ob etwar vich dem andern inhett und nit wüste wes es were, so sol er das dem Vogt offnen und sagen oder der nachburschaft in fünfzechen tagen, nachdem und er das thier funden hat, by dry lib. buos und widergebung des thiers.

**184. Das sich nieman sol partiyy machen noch zusammen verbinden.**

Item es ist geornet und gesetzt, das sich nieman sol in dem thal Bollentz parthiyy machen weder heimlich noch öffentlich noch sich nieman zusammen verbinden wider die Gemeind; wer darwider thet, sol der Gemeind lyb und gut verfallen sín.

**185. Das nieman sol um hilf schrien.**

Item es ist geornet und gesetzt, das nieman um hilf schrien on billich ursach, by fünf gros buos zu jedem mal.

**186. Wer meineid schwert.**

Item es ist geornet und gesetzt, welcher meineid schwert oder gethan hat und das kuntlich wird, der sol sechs pfund



riatur, det et soluat Comuni predicto pro banno lib. sex tert. et ulterius buretur in fronte cum ferro calido neque amplius sibi adhibeatur fides.

**CLXXXVII. De pena ducentium bestias de vna alpe ad aliam.**

Item statutum et ordinatum est, quod quelibet persona que conduceret bestias vnus alpis super alias alpes, det pro banno lib. vnam et damnum reddat patientibus illud.

